



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Incllyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Titulus Primus. De vita, & honestate Clericorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)



) I (

D. D. EMANUELIS  
**GONZALEZ**  
 TELLEZ  
 COMMENTARIA  
 IN LIBRUM TERTIUM  
 DECRETALIVM  
 GREGORII IX.

TITULUS PRIMUS.  
 De vita, & honestate Clericorum.

CAPVT PRIMVM.

*Ex Concilio (a) Maguntino.*



**V**T Laici secus (b) altare quando sacra (c) mysteria celebrantur, stare, vel sedere inter clericos non praesumant; sed pars illa, quae (d) cancellis ab altari dividitur, tantum (e) praesentibus pateat clericis; ad (f) orandum vero, & communicandum laicis, & foeminis (sicut mos est) pateant sancta (g) sanctorum.

NOTÆ.

(a) **M**aguntino] In prima collectione, sub hoc titulo, cap. 1. tribuitur textus hic Concilio Africano; à Decretistis vero, Ivone Carnot. p. 2. Decret. cap. 137. Burchardo lib. 3. Decret. cap. 102. citatur ex Concilio Maguntino; sed cum in Conciliis excusis à Surio non reperitur, Patz in repet. ad textum in cap. Missas, de consecr. dist. 1. num. 49. Cenedus ad Decret. collect. 45. num. 1. Barbosa in present. num. 1. & Garanna n. 3. existimant verba hujus textus esse Concil. Turonensis 2. in cuius canone 4. leguntur similia verba. Sed licet in quatuor Conciliis Maguntinis editis à Surio, & Binio non reperiantur verba in presenti à Raymundo compilata, credo tamen esse alicujus Concilii Maguntini ex jam D. D. Gonzalez in Decretal. Tom. III. Pars I.

excusis, temporumque injuriâ omiſſa, vel neglecta fuisse verba hujus textus, vel in eis referri canonem Concilii Moguntini longè celeberrimi, quod anno Christi 846. celebratum fuit, ubi plura ad decorem ecclesiastici ordinis statuta fuerunt, teste Abbate Trithemio in chronico monasterii Hirſaugienſis, quod hætenus editum non esse, nec ad Surii manus perveniſſe, ipse conqueritur tom. 3. Concil. pag. 428. Iuvatur hæc conjectura, tum ex eo, quia à veteribus Decretistis tribuitur textus hic Concil. Mogunt. tum quia inter capitularia Caroli, cujus tempore priora Concilia Moguntina edita fuerunt, reperitur hic textus lib. 7. capite. 203. in hæc verba: *Ut laici secus altare, in quo sancta myſteria celebrantur, intra clericos, tam ad vigilias, quàm ad Missas stare penitus non praesumant; sed pars illa, quæ*

A à can-

GONZALEZ  
 TELLEZ  
 35020  
 GV  
 4



à cancellis versus altare dividitur, choris tantum psallentium pateat clericorum: ad orandum verò, & communicandum, laicis, & feminis, sicut mos est, pateat sancta sanctorum.

(b) *Altare.* Quia plerumque in una Ecclesia olim plura altaria erigebantur, ut probat Baronius tom. 1. anno 57. Unde tredecim in una Ecclesia altaria erecta fuisse, refert Divus Gregorius lib. 10. in dist. 14. epist. 9. idem PP. Concil. Mogunt. ut facilius exprimerent de quo altari agebant, adjecerunt ea verba: *In quo sacra mysteria.*

(c) *Sacra mysteria.* In Concil. Turon. 2. can. 4. & Capitul. Caroli additur, tam ad *Vigilias*, quam ad *Missas*; & rectè, ut explicetur quid per sacra mysteria PP. intellexerint. De vigiliis, & quomodo primis Ecclesie sæculis in Ecclesia tenerentur, tam à clericis, quam laicis, plura congesti in can. 36. Concil. Illiber.

(d) *Cancellis.* Cancellis non solum dividebantur vestibula ædium, l. cetera 41. §. sed & cancelli, ff. de legat. 1. l. nam est 9. §. stamen, ff. quod vi aut clam. cap. Guilielmus 20. 23. quæst. 4. l. 3. C. de offic. divers. judic. l. 1. C. de offic. Rector. provinc. in Theodos. ex D. Isidoro, Tacho, & Marcellino probat Savarus ad Sidonium lib. 1. epist. 2. ibi: *Exclusa velis, inclusa cancellis*; verum & sacra ædes Ecclesie. Germanus Episcopus CP. histor. Eccles. pag. 148. ibi: *Cancelli locum orationi designant quosque extrinsecus populus accedit; intrinsecus autem sunt sancta sanctorum solis Sacerdotibus per ora.* Refert Frederic. Lindembrog. in glossar. verbo *Cancelli*: illustrat Leo Alacius de templis Grec. epist. 1. ibi num. 11. docet, locum illum cancellis inclusum sacrum esse, ac venerandum, clericis tantum permittitur; viris secularibus raro, feminis nunquam pehertabilem. Quod & probatur ex cap. non oportet 26. cap. non oportet 30. dist. 23. & late probant Landmeter. lib. 2. de veteri cleric. mon. cap. 6. & 40. Gibalin. de clausur. disputat. 1. cap. 1. §. 3. num. 9. Mentio etiam cancellorum extat in Synodo Chalcedon. & Eusebius lib. 19. histor. Eccles. cap. 4. loquens de structura Basilicæ Tyri à Paulino Tyrorum Episcopo dedicata, ait: *Locus sanctuarium in speciem quadratam columnis sublimis est, undequaque circumseptus, quarum mediis intervalla intersitus ligno instar velis aut transenne cancellatus, in mediocrem & æqualem longitudinem porrectis circumclusa.*

(e) *Psallentibus.* De quibus infra agemus cap. 3. & in cap. 1. de celebrat. Missar.

(f) *Ad orandum verò & communicandum.* Hæc verba difficillima sunt, & miror omnes repetentes intracta prætermisisse; nam si in principio hujus textus inhæret laicis intra cancellos stare, quomodo hic permittitur ad orandum sancta sanctorum ingredi? Siquidem fideles laici semper orationis causâ in Ecclesia conveniunt. Igitur si ad orandum possunt ingredi sancta sanctorum, nullus est casus in quo clerici intra cancellos, laici extra consistant. Deinde difficilior est quod conceditur laicis sequenti verbo, *ad communicandum*; ubi docetur, fideles laicos ad communicandum posse accedere ad sancta sanctorum; cum horum sit, tam ex veteribus, quam recentioribus Ecclesie canonibus, clericos intra chorum, laicos extra communicare debere. Synodus Laodic. can. 19. ibi: *Solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare*; & ibidem *communicare*. Concil. Tolet. 4. can. 18. *Sacerdotes, & Levitæ ante altare communicent in choro, ex-*

tra eorum populus. Concil. Brachar. 1. can. 19. Item placuit, ut intra sanctuarium altaris ingredi ad communicandum non liceat laicis viris, vel mulieribus, nisi tantum clericis, sicut & antiquis canonibus statutum est; ubi notarunt Loayla, & Corjolanus: unde redigi clericum, & damnari ad communionem laicam, nonnulli existimaverunt esse, clericos communicare cum laicis extra cancellos, ut notavit in cap. 2. de elect. igitur non rectè, & minus consequenter Patres Concil. Mogunt. dum in principio hujus textus prohibent laicis stare, aut sedere cum clericis intra cancellos, illis permittunt in fine ad orandum, & communicandum sancta sanctorum ingredi. Quam difficultatem sicut nullus agnovit, ita & nullus dissolvit; ut autem illi satisfaciamus, & verum sensum præsentis canonis reddamus, sciendum est, apud veteres Decretistas, Carnotensem, & Birchardum ubi proximè, legi canonem hunc ita: *Ad adorandum, & communicandum*; in hac autem collectione, & in prima habetur: *Ad orandum*; errore nato ex more antiquiorum notissimo, non geminandi eandem litteram seu dictionem, non modò in Pandectis Florentinis, sed aliis bonæ notæ Auctoribus; hinc illud Virgii *Æneidos* 7. *Magni Abella*, ex quo factum postea; *maenia Abella*, ut habent editiones quædam, pro *maenia Abella*. Sic etiam in præsentem scriptum fuit, *ad orandum*, pro *ad adorandum*, ut notavit Fabricius in præsentem, quod mendæ genus ex eo irrepsit in libris antiquis, quia veteres non geminabant litteram, sed silicicos supra ponebant, ut eâ notâ lector admoneretur, duplicandam esse litteram; cujus rei ignoratione vitia quamplurima in Pandectis relederunt. Similis mendæ vestigia plura extant in Pandectis Florent. litteræ geminandæ; ut in l. librarium 52. §. pen. ff. de legat. 3. ibi; *Dactilio theca meam*, pro *Dactylorbecam meam*; & in l. si duobus 6. pr. ff. de divers. & tempor. pro illis verbis: *Si duobus eandem rem separatim vendiderim, ea possessio; legendum est, vendiderim, mea possessio*, teste Cujacio lib. 5. obs. cap. ult. & in l. inter 38. ff. de donat. caus. mort. pro illis verbis: *Quod præsentem præsentis dat a mortis causa capi intelligitur; legendum est; at mortis causa capi intelligitur; & in l. in testamento 27. ff. de condit. & demonstr. pro, *Non tum esset; reponendum est, non notum esset*; in novella Majorani illa verba: *Ut parum aliquid repararetur, magna dirimuntur*; leganda esse, ut parvum aliquid repararetur, notavit Radulph. Fornerius lib. 2. ver. quotid. cap. 1. qui cum geminatione, seu repetitione litteræ; exponit textum in l. testamento 51. ff. de manumiss. testam. l. species 15. ff. de auro & argent. & in l. 24. ff. de servitut. urban. pro reus est; reponit ejus est; & in rubric. C. de receptis arbitris, probat legendum esse arbitris. Dictionis geminandæ vestigia extant in l. 2. ff. de stipul. serv. ubi legitur: *Servus communis ipse sibi*; cum legendum sit, ipse se sibi stipulari non potest; & in l. sed ades 19. §. si inquilinus 5. ff. locati, legitur: *Aream erantem*; cum legendum sit, arcam cameratam; & in l. 3. C. de hered. instit. pro illis verbis: *Post mortem autem testatoris Julianum*; legi debet, testatoris si Julianum; & in l. 1. ff. de milit. testam. ibi: *Faciant igitur testamenta quomodo volent*; pro, quomodo modo volent; & in leg. sed licet 12. ff. de offic. Præsida. pro: *Non tamen spectandum est*; reponere,*



non tamen tam spectandum est: & in l. disortio 7. §. si vir. ff. solut. matrim. ubi legitur: Marmor quod cessavit, nec portatum est mariti; lege, exportatum est mariti: & in l. sed si 11. §. ult. ff. de iureiur. ubi legitur: Tuque cepisses petere à me; reponendum est, petere eam à me: & plura sacrae paginae loca ita leviter restituit Theophilus tom. 11. tract. 1. in minuta sacra. Prosequitur alia Fornerius d. lib. 2. cap. 2. Sic ergo non violenter legitur in praesenti ad orandum, pro, ad adorandum; ut etiam Antonius Augustinus lib. 4. emendat. cap. 8. quem sequuntur Gothof. ibi, & Iranz. de protest. consider. 82. num. 2. Alium etiam hellenismum agnovit idem Antonius Augustinus in eadem lege pro herede 20. §. final. de acq. vel om. ber. in illis verbis: Hec enim abito penam, & vindictam, quam rei persecutionem continet; id est, potius quam. Nec necesse fuit praedictum verbum adijcere in vulgatis libris. Per contrarium contrariam elegantiam Iureconsultos nonnunquam usos cerno; nam in l. 1. §. 1. ff. de superfic. sic scribit Ulpianus: Quia melius est possidere potius quam in personam expirari; ubi alii expungerent verbum potius. Sic & Paulus in l. in fraudem 45. §. ejus 2. de iure fisci, ita scripsit: Eius bona, qui sibi mortem consecutus, non ante ad fiscum coguntur, quam prius constituerit, cuius criminis gratia manus sibi intulerit; ubi expungere posset, etiam qui elegantiae Iureconsultorum expertus esset, verbum prius. Etiam in l. si plures 6. §. si arbor, 2. ff. arborum furum cesarum, legitur ejus, pro eius, ut notavit ibi Gothofredus; habuit tamen notam lapsus nomine à Briffonio lib. singul. parerg. in fine, ubi alios textus, aliaque exempla adducit. Ex eodem etiam praefico scribendi genere, coalescentibus in unum extremis dictionum antecedentium, & primis sequentium syllabis, unam plerumque verbum duorum viceungebatur. Emendat textum in l. 2. §. 1. ff. de rebus cred. Gothofredus in opuscul. tract. de sanctione in mutuo, qui pro illis, quam specie, reponit, agnam specie; in quo textu etiam ex hellenismo supplet dictionem, potius, Gothofredus ibi, Ramirez de Prado in penes ont. cap. 30. etiam alios hellenismos reperio in l. pro herede 20. ff. de acq. heredit. ubi in illis verbis: Non esse facti, quam animi; hellenismi figuram per quam, vox tam, omnia suppletur; agnovit Antonius Augustinus lib. 4. emend. cap. 8. quem sequuntur Gothofredus ibi, & Iranzo de protest. consider. 82. num. 2.

Deinde observandum est, primis Ecclesiae sacculis, ad similitudinem veli, quod in templo Hierosolymitano positum erat ad segregandum populum à Sacerdotibus, ut refert D. Hieronymus epist. 150. quod scissum fuit in duas partes horum quae Dominus noster Patri suo spiritum tradidit, ut refert Baronius tom. 1. anno 34. fuisse etiam in Ecclesiis velum appensum ad cancellos sacrorum, seu chori, ubi erant clerici. Sanctus Dionysius in epist. ad Demophilum, ibi: Procedentesque benevole ad ea loca, quae sunt extra vela divina, P. Blesensis serm. 11. in Quadrag. ibi: Interponitur velum inter psallentes, & populum, alterius quidem & gratia significatio, sed ad hoc sament, ut laetantiam tollat oculorum. Divinus Gregorius lib. 3. epist. 30. ad Constantiam, & in Sacrament. ibi: Deinde pergunt ad altare, ubi condemnanda sunt, & extenso velo inter eos & populum, &c. Illustrant Menardus ibi, & Corjolanus in dicto can. 13. Concl. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

cil. Brachar. Velum hoc ab ea parte Missae cum lectis Epistola, & Evangelii clamat Sacerdos, oremus, trahebatur, ut populo ad adorandum & postea communicandum paterent sancta sanctorum. D. Joannes Chrysof. serm. 3. in epist. ad Ephesios, ibi: Cum audieris, Oremus, communiter & vela trahi videris. Et homilia 61. ad populum: Cum vela videris retrahi, tunc supernum caelum aperiri cogita, & Angelos descendere. Unde apparet, ni fallor, verus sensus praesentis canonis. Prohibent in eo Patres, ne laici secus altare, dum sacra mysteria celebrantur, intra cancellos cum clericis psallentibus stare, aut sedere audeant; ad adorandum verò Corpus Domini, & communicandum sinunt, ut referato velo pateant sancta sanctorum: non ajunt Patres, ad adorandum, & communicandum laici ingrediantur intra sancta sanctorum, quod jam prohibitum erat; sed ut illis ad adorandum, & communicandum pateant sancta sanctorum, id est, referato velo, quod erat inter chorum, & populum, sancta sanctorum pateant; non verò quia ad communicandum ingredierent intra cancellos, sed extra corpus Domini sumebant. Patebant ergo sancta sanctorum lacis non ed accessuris, sed ea conspecturis, ut praesentit Lantdmeter. lib. 2. de veteri mon. cap. 40.

(g) Sancta sanctorum. Formam veterum Ecclesiarum similem fuisse templo Salomonico, probant Lantdmeter. lib. 2. de veteri mon. cap. 59. per tot. Germonius lib. 3. de sacr. immunit. cap. 5. num. 21. Unde sicut pars illa sacratio, ubi Arca foederis servabatur, dicebatur sancta sanctorum, Exodi cap. 25. & 27. ubi Pontifex tantum ingrediebatur semel dumtaxat in anno, die videlicet expiationis, Levit. cap. 16. D. Paulus ad Hebraeos cap. 9. ex Beda, Abulensi, & aliis probant Spondanus in annal. sacr. anno mundi 2544. numer. 62. Cochier in sac. hist. lib. 1. cap. 32. ira pars illa Ecclesiae apud Christianos sacratio, sacratioque dicta fuit sancta sanctorum. Eusebius in Cantica: post sancta sanctorum non erat interior locus, quia loca illa maxime sancta erant; & ut Cantica canticorum dicuntur, quae sunt praestantissima cantica; sic Dominus dicitur Sanctus sanctorum in cap. 9. Danielis: notarunt Cujacius, & Fabrotus in praesenti, Leo Alacius epist. 1. de temp. Graec. ubi veterem, & novam templorum formam tradit.

## COMMENTARIUM.

Ex hoc canone talis deducitur à repetentibus assertio: Laici intra cancellos cum clericis sedere non debent, aut stare. Probant eam textus in c. nulli, probatur cap. pervenit. c. sa. erdotum, de consecr. dist. 2. D. Clemens lib. 2. constit. cap. 57. Ut laici in altera parte decenter, & quiete sedeant. Synodus Laodic. c. 19. ibi: Solis ministerio sacro deditis ad altare ingredi, & communicare ibidem licet. Et can. 44. ibi: Non oportet mulieres ingredi ad altare Bracharenf. 1. in dicto can. 13. Tolet. 4. can. 17. Sacerdotes, & Levites ante altare communicent; in choro Clerus, extra chororum populus Concil. Trul. can. 69. Nemini laico licet intra sacrum altare ingredi. Nannetenf. can. 3. Hoc secundum auctoritatem canonum modis omnibus prohibendum, ut nulla femina ad altare praesumat accedere, aut presbytero ministrare, aut infra cancellos stare, aut sedere. Parisiense



sub Lothario *can. 45. Theodulf. ad presbyt. Aurel. s. 6. Heraldus Episc. Turon. in suis capit. cap. 82. ibi: Ut laici infra cancellos non stent. Agathense cap. 66. Turon. 2. cap. 3. Synodus 6. in Trul. can. 69. Colonienfis 3. can. 31. Antiquissimis canonibus in plerisque etiam Concilium sancium est, ne laici seculi altare inter clericos ministrant, neve licentiam habeant ingrediendi in sacrarium. In canonibus editis sub Edgardo Rege Angliæ, num. 44. legitur: Docemus etiam, ut altari mulier non appropinquet, dum Missa celebratur. In Capitul. Caroli lib. 7. cap. 29. legitur: Nulla femina ad altare presumat accedere, vel intra cancellos stare, vel sedere. De Pontifice Bonifacio II. refert Polonius in ejus vita: Hic constituit, seu potius constitutum innovavit, ut clerici sint à laicis separati in celebratione Missarum. Illustrant ultra congestos in præfenti à Barbola, & Garanna, idem Barbola lib. 1. iuris ecclæs. cap. 38. num. 16. Nicolaus Lemaitre in consuetudine Sorbon. 1. p. cap. 2. & lib. 1. de monachis, cap. final. in princip. Frias de carem. baptis. cap. 4. in sino. Cironius ad tit. de baptis. Claudius Espenceus lib. 1. de adoration. Eucharistie, cap. 18. Herrera lib. 1. del officio divino, epit. 10. & 11. Suarez de sacram. quest. 83. disput. 81. sect. 8. art. 3. Coriolanus in chron. anno 93. Vicecomes de Missaribus volum. 3. lib. 2. cap. 33. Fornicius lib. 3. select. c. 17. Antonius Augustinus in epit. jur. lib. 13. tit. 13. Petrus Gregor. lib. 2. Synrag. cap. 2. num. 10. & lib. 1. partit. tit. 21. cap. 4. & lib. 7. de Republica, cap. 11. num. 29. Landmeter, lib. 2. de veterimom. cap. 6. Grefpetius in semina, verbo Laicus t. Loayla & Corjol. in can. 13. Concl. Brach. 1. Balsamon & Zonaras in d. can. 69. Synodi 6. in Trul. Fabrotus & Cujacius in præfenti, Boëcius Epon p. 1. 99. heroico. ad hunc textum, Buleug. ad Casaubon. diatrib. 3. cap. 43. fol. 110. Frances de Ecclæs. Cathedr. c. 5. Altellera de Ducibus c. 17. Theophilus Raynaud. tom. 12. de sobria frequent. mulier. fol. 293. & tom. 15. in heteroc. spirit. p. 1. punct. 4. fol. 129. Franc. Florens in præfenti.*

9. Impugnatur prædicta assertio.

Sed pro dubitandi ratione in præfentem assertionem ita insurgo: Vix aliquam inter clerum, & populum olim fuisse differentiam, præter offerendi auctoritatem, constat ex Tertulliano de Monog. cap. 11. ibi: Cùm extollimur, & inflamur adversus clerum, tunc unum omnes sumus, tunc omnes sacerdotes, quia sacerdotes nos Deo, & Patri fecit. Quare plerunque ab Apostolis, & sanctis Patribus laici ipsi, sacerdotes dicuntur & clerici. D. Petrus epist. ult. vers. 3. Neque ut dominantes in clericis; id est, populo Christiano. D. Augustinus de civit. Dei lib. 20. cap. 10. Sicut omnes Christianos propter mysticum Chryisma; sic omnes sacerdotes, quoniam sunt membra unius sacerdotis. D. Hieron. adversus Luciferianos, ibi: Depoant sacerdotum laici, & ego veniam penitenti: scriptum est enim: Regnum quippe nos & sacerdotes Deo Patri suo fecit. Sanctus Leo serm. 3. in anniverf. assumpt. sue: Omnes Christo regeneratos crucis signum efficit Reges; sancti vero Spiritus unctio efficit sacerdotes. Igitur in Ecclesia, præcipue dum facta mysteria celebrantur, nulla debet dari differentia Cleri, & populi. Augetur primò hæc dubitandi ratio ex eo; nam olim in Ecclesia promiscue pallebant Clerus, & populus. Divus Basilus epist. 63. Domum orationis populus petit, & facta ad Deum confessione, tandem ab oratione urgentes, ad psalmodiam insinuantur. Cujus com-

munis psalmodia utilitatem expresseerunt Divus Augustinus in prolog. comment. in psalmos. Quòd conjunctionem quandam personantia vocis efficiat, & diversum populum unius chori per concordiam consonà modulatione consociet. Quis enim non remittat ei, cum quo unà ad Deum vocem emisit: Magnum planè unitatis vinculum, in unum chororum totius numerum plebis coire. Divus Ambrosius prolog. in Psalmos: Quare psalmos Reges sine potestatis supercilio resultant? Psalmus cantatur ab Imperatoribus, jubilatur à populis, mulieres in Ecclesia Apostolus tacere iubet; psalmum tamen bene clamant. Certe clamare singuli, quod singulis proficit. Venantius Fortunat. lib. 2. ad Clerum Parisiensi.

Hinc puer exiguis adtemperat organa cantis;

Inde senex largam ructat ab ore tubam.

Quamvis in Ecclesia Laodicena existimet Baroni-  
nium communem cantum sublatum fuisse in  
Concil. Laodic. can. 15. in illis verbis: Non  
oportet amplius præter eos, qui regulariter cantores  
existunt, & qui de codice canunt, alios in pulpitu  
ascendere, & in Ecclesia psallere; eo quòd imperi-  
ritia canentium harmonicum illum Ecclesiasti-  
cæ dignitati congruentem cantum incomposito  
votum sono corumpet: Non fuisse tamen  
eum canonem receptum in aliis Ecclesiis, tum  
ea quæ ex sancto Ambrosio retulimus, tum alia,  
quæ contra dissonos cantores Chrylostomus de-  
clamat, satis restantur, super sãmam cap. 8. Re-  
fett præterea Cyrtianus in vita Cæsarii, voluif-  
se eum, atque etiam compulisse laicos, & popu-  
lares homines modulatà voce instar Clericorum  
psalmos, & hymnos promere, alios græcè, alios  
latine prolas, & antiphonas decantare, ne illis  
spatium suppeteret ad fabulas in Ecclesia effuen-  
das. Igitur quia in uno choro intra cancellos con-  
sistebant clerici & laici. Augetur secundò hæc  
difficultas ex eo, nam laici sacrificio Missæ inter-  
effentes oblationem ad altare facere debebant,  
c. omnia 69. de consec. dist. 1. Concil. Matifcon. a.  
can. 4. ibi: Ut omnibus Dominicis diebus altaris  
oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur,  
tam panis, quàm vini. Ergo saltem ut psallere, &  
offerre possint, debent laici simul cum clericis  
stare & sedere.

Quà dubitandi ratione non obstante, vera  
est præfens assertio; pro cuius expositione scien-  
dum est, quod sicut in templo Hierosolymita-  
no loco distincti erant Sacerdotes à populo, viri  
à mulieribus, atque à nuptis virgines, Jose-  
phus lib. 2. contra Apionem, ibi: Sciunt omnes, qui  
videre constructionem nostri templi, qualis fuerit,  
& intranfgressibilem eius purificationis integri-  
tatem; quatuor enim porticus habuit in circuitu; &  
harum singula propriam secundum legem habuere  
custodiam: in exteriorem itaque ingredi licentia om-  
nibus etiam alienigenis; mulieres tantummodo  
menstruate transire prohibebantur: in secunda verò  
porticu cantu fudai ingrediebantur, & eorum coniu-  
ges, cum essent ab omni pollutione munda: in tertis  
masculi fudeorum, mundi existentes, atque purifi-  
cati. In quarta verò Sacerdotes solum inani sacerdo-  
talibus: in adytum verò soli Principes sacerdotum  
propria stola circumamicti. Origenes tract. 26.  
in Mattheum, ibi: Venit ad nos quedam tradi-  
tio talis, quasi sit aliquis locus in templo, ubi  
virginibus quidem consistere licet, & adorare  
Deum; expertæ autem thorum virilem non permit-  
tebantur in eo consistere. Philo de vita supplicum.

Auctor



Auctor Imperfecti homin. 74 in *Matthæum*: Beda in cap. 2. *Luce*, expendens quomodo B. Virgo Christum duodecimum amiserit: Baronius anno 57. eius Epitomator num. 37. Cochier in *fac. hist.* cap. 28. Vicecomes volum. 3. lib. 2. cap. 30. In eodem fere modo, & dispositione fuit in primis Christianorum Ecclesiis observatum; conveniebant enim fideles discreti ordine, plenique religionis & modestæ zelo. D. Augustinus lib. 2. de civit. Dei. cap. 28. ibi: *Consuevit ad Ecclesiam casta celebritate, honesta utriusque sexus discretione, & gravitate, & disciplina, ut si eorum veniant talium præceptorum irrisores, omnis eorum petulantia, aut reprobata immutatione deponatur, aut timore, vel pudore comprimatur.* Observantur Microl. in *obser. Eccles.* cap. 9. Amalarius lib. 3. de offic. cap. 2. Non solum enim viris, & fœminis in Ecclesia non erat idem ingressus, D. Clemens, seu quivis auctor est confit. Apost. lib. 2. cap. 61. ibi: *Mancant autem hostiarum introitus virorum, illos custodiunt; Diaconissa ad introitus fœminarum: illustrant* Baronius d. anno 57. *Lantdmeter. d. lib. 2. cap. 60.* verum nec simul consistebant in Ecclesia, D. Clemens d. lib. 2. cap. 61. ubi describens Christianorum Ecclesiam ait: *In medio sit Episcopi sedes, ad cuius utrumque latus consideant Presbyteri, & Diaconi assistant succincti, & expediti horum cura; laici in altera parte sedent cum omni quiete, & ordine; mulieres quoque separatim sedent, sicutum servantes.* B. Cyrillus Hierosolym. præfat. in *catech.* ubi Christianos erudiens ait: *Hic tamen separantur viri, ut sint cum viris; mulieres cum mulieribus, ne studium salutis sit perditionis occasio.* D. Ambrosius ad virginem laps. cap. 6. *Nonne vel illum locum tabulis separatim, in quo in Ecclesia stabas, recordari voluisti.* Procop. de *adif. Justin. Imper.* Sunt autem dua utrinque porticus, quas sustingata refudo, sanctorum veniunt; harum una virorum, altera mulierum admittit. Latè probant Vicecomes de *ritibus Missæ* lib. 2. c. 31. Coqueus in *notis ad D. August.* lib. 2. de *civit. Dei*, cap. 28. Nec omnes viri confusè, & permixtim sacris mysteriis intererant, verum separatim: interierant templi partem intra cancellos clerici occupabant, ubi preces stantes in modum coronæ effundebant, ut de Romanis, Diis adorationis obsequium exhibentibus, probat Brissonius lib. 1. de *formulis*, pag. 41. quem standi diversum modum ad amulum expressit D. Gregorius Nazianz. in *versibus* in somnio de Anathal. templo, quod ipse Constantinopoli fixit.

*Sede alta band alta considerare mente videbar;*

*Nam neque per somnum mente superbus eram, Presbyterique graves sellis utrinque sedebant; Demissis, eius lecta, divæque gregis.*

*Vestibus in niveis adibat turba ministra Splendorem referens agminis angelici.*

Ex quibus facile evincitur, Episcopi sedem sublimi elatam fastigio, cæteris Clericorum præminentiorum fuisse, postea verò Presbyterorum. Unde D. Augustin. *epist.* 203. ab sîdes gradatas vocat sedes Episcoporum, quia ad illas scilicet gradibus ascenderent. Concil. Carthag. 4. can. 35. *Ut Episcopus in Ecclesia, & in consessu presbyterorum sublimior sedeat; relatum in cap. Episcopus* 10. 95. *dist. Concil. Trident. sess.* 25. cap. 6. & Sozomenus lib. 5. cap. 15. dilertus est testis. Hunc sedendi ordinem Julianus Apostata D. D. Gonzal. in *Decretal. Tom. III, Pars 1.*

in suorum Idolorum templis æmulari conatus est: plura *Lantdmeter. de veteri clerico, monarch. lib. 2. cap. 60.* Vicecomes de *Antiquis Missæ ritibus* lib. 2. cap. 43. Severinus Binius tom. 1. *Concil. fol.* 589. Baronius anno Christi 45. num. 11. Antonius Augustinus in *epit. jur. Pontif.* lib. 4. tit. 1. cap. 33. Aucunna ad *Decret. dicto cap. Episcopus*, 95. *dist. noster Elcobar de Pont. & Reg. cap. 24. num. 91.* ubi plures refert; & linteo tegi solitam Episcopalem sedem, constat ex Pontio Diacono in *vita Sancti Cypriani*, ibi: *Sedile autem erat fortius linteum, ut & subiectum passionis Episcopatus honore frueretur.* S. Pacianus *epist.* 2. ad Simpronianum: *Egone Apostolicum, an Novatianus, quem absentem epistola Episcopum sinxit, quem consecrantem nulla linteata sedes accepit.* Ex eodem etiam Nazianzeno loco aperte constat, presbyteros, & inferiores clericos demissam sedem, ac humilem tenuisse.

Cæteri fideles laici, non minus mares, quam fœminæ distincti sacris intererant, illi ad dexteram, quæ vergebat in septentrionem, sive in partem Australem; hæ ad lavam, quæ ad Aquilonem, seu partem borealem spectabat, Philo Judæus lib. de *vita contemplat.* ibi: *Discubitus ita distribuitur, ut seorsim viri dextrum latus, seorsim fœminæ sinistrum teneant.* Auctor veteris Ordinis Romani, ubi dum ritum Evangelium legendi refert, ait: *Ipse verò Diaconus stat versus ad meridiem, ad quam partem viri solent consuere; alias autem ad septentrionem, &c.* Et Amalarius Fortunatus, apud quem scriptum est lib. 3. de *ecclesiastic. officis*, cap. 2. *Masculi stant in Australi parte, & fœminæ in Boreali, ut ostendatur, per fortiorum sexum firmiores Sanctos semper constitui in majoribus tentationibus astus huiusmodi; & per fragiliorum sexum infirmiores Sanctos aptiori loco, sicut dicit Paulus Apostolus, &c.* Ab his verò non valde discrepat Micrologi auctor, qui de observationibus Ecclesiasticis cap. 9. demonstrat, moris esse, ut Diaconi sanctissimum Christi Evangelium recitaturi, ad meridiem, ubi etiam mare; non ad Aquilonem, ubi dumtaxat fœminæ consistunt, ex Romani Ordinis præscripto vergant: *Diaconus* (Micrologi verba sunt) *cum legit Evangelium, iuxta Romanum Ordinem in ambone veniunt ad meridiem, ubi & masculi conveniunt; non ad Aquilonem, ubi fœminæ consistunt.* Et paulò post reprehendit contrariam consuetudinem, quæ obtinuerat ad Aquilonem, quæ propria fœminarum erat, spectari: utitur autem his planè verbis: *Hinc utique illa usurpatio emerisse videtur, ut etiam Diacones in ambone contra Romanum Ordinem se vertant ad Aquilonem, potiusque se ad partem fœminarum, quam masculorum vertere non vereantur. Quæ usurpatio jam adeo inolevit, ut apud plerisque quasi pro ordine teneatur. Sed quia certissimè contra ordinem est, & inhonesta, à diligentioribus ordinis servatoribus merito refutatur.* Plura Theophilus tom. 10. de *sibria frequent. mulierum*, fol. 291. Vnicuique etiam statui, & ætati proprius locus assignatus erat, propriaque mansio, ut videre est apud auctorem libri de *septem gradibus Ecclesie*, qui vulgò D. Hieronymo tribuitur. Penitentes, & audientes continebantur, in ferula scilicet, seu auditorio, id est, vestibulo, seu attris, quibus patebat ingressus ad Ecclesiam pro distinctione gradus in quo erant, ut doctè illustravit D. Joannes Antonius ab Otalora in *tract. de irregul.*

11.  
De distinctione sexus.



ex pœnit. solemn. In altera mansione erant catechumeni competentes; quæ mansio protrahatur usque ad ambores duos, seu pulpita, in quibus Epistolæ canonicæ, & Evangelia cantabantur; docent Balsamon in can. 12. Synodi Nicæn. Ab ambonibus versus Altare erat mansio fidelium, quam congregationem, seu consistentiam vocabant; & illæ mansiones dicebantur stationes secundi ordinis, ubi populus stabat, Concil. Turon. 2. can. 3. quia in statione primi chori clerici erant, cap. nonnulli, 93. dist. hanc etiam divisionem mansionum notant D. Basilus epist. ad Amphilocho. cap. 56. Et ita propriè catechumeni fideles, & clerici erant intra Ecclesiam; pœnitentes, & audientes extra: nec enim porticus, & vestibula Ecclesiæ cenlebantur; quia in his Gentiles, & Pagani stabant, ut ait D. Hieronymus epist. 17. ad Marcellam; Atrium autem, inquit, quod est foris, templum nec metiaris, quoniam datum est Gentibus. Statio siquidem catechumenorum, Ecclesiæ pars erat, ut docet Balsamon in dicto can. 12. Synodi Nicæn. Baronius in apparatu num. 51. & anno 1. num. 54. & anno 12. num. 3. & 34. num. 282. & anno 57. num. 123. quavis & aliquandiu dubitatum, an pars illa, quæ substratio dicebatur, in qua erant catechumeni, Ecclesiæ adscriberetur, ut idem notat ad can. 99. sextæ Synodi. Virgines denique à non virginibus fuisse loco secretas, habemus ex Origene tract. 27. in Mattheum, ex Ambrosio cap. 6. ad virgin. laps. & Nazianzeno supra relatis; quam secretionem usurpatam fuisse in veteri Testamento liquet ex Gregorio Nysseno orat. de Christi nativitate. Probant Vicecomes d. lib. 2. de Misericordiis, cap. 43. Ambianus ad Tertul. de velandis Virg. cap. 30. observ. 1. pueri verò erant propesugestum, ante sacratium, ut liquet ex Joanne Moïso in prato spirit. cap. 196. qui narrans puerorum insigne facinus, qui distributis in se sacræ liturgiæ muniis, ut sacerdotem ministrantem imitarentur, ait: *Supra saxum in morem altaris apponunt panem, & vas testem cum vino, assistuntque unus quidem coram altari, quiungebatur officio presbyteri medius, duo verò alii hinc atque hinc, veluti ministri; & ille quidem sancta oblationis verba dicebat; illi verò fasciis, quæ ferebantur, pro stabellis utentes, auram faciebant: qui verò presbyteri ungebatur officio; ideo sancta oblationis verba sciebat, quia consuetudo fuit in Ecclesia, ut pueri in Missis ante sacrarium assisterent, primique cum clericis communicarent. Quam mansionem diversitatem eleganter expressit D. Petrus oratione illa, quæ D. Clement. successorem designavit, quæ refertur epist. 1. D. Clementis ad Jacobum, ubi status omnis Ecclesiæ comparatur magnæ navi per mare turbulentum vectæ, cujus Dominus, ipse sit Deus Pater; gubernator Christus; proreta Pontifices; nautæ Presbyteri; dispensatores Diaconi; nautologi Catechistæ; epibatæ, idest, vectores, vel qui vehuntur, tota reliqua multitudo laicorum, de quibus quidem laicis loquitur illic D. Petrus. Ante omnia cum quiete, & silentio vectores (id est laici) in suis unusquisque resideant locis, ne fortè per inquietudinem, & inconditos, inutilisque discursus, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediant, vel in alterum latus per inquietudinem eorum navis pressa demergatur. Nec tantùm ut liberè, quieteque clerici possint ministrare, debent seorsim à populo*

consistere, & laicos præcedere, verùm ob dignitatis præstantiam, quæ fulgent; ut latè illustrant Cabrerus de meto lib. 2. cap. 16. Cresfolius lib. 1. mystag. cap. 2. & 3. P. Bollo lib. 1. Oeconom. clas. 1. quod etiam in suis sacrificiis ethnici observarunt, in actionibusque secularibus. Unde in theatro Romano distincti erant gradus pro qualitate personarum, quos post Lipium de amphitheatr. refert D. Josephus de Retes lib. 1. opusc. c. 27. Rectè ergo in præsentī statuerunt, laicos non debere stare intra cancellos cum clericis, sed seorsim extra choros. Et cum hodie in aliquibus Provinciis, quod terribile est, exclusis sacris personis propudiosè locum earum occupant laici, & prophani, meritò dixeris cum Nazianz. orat. ad Episcopos, num. 6.

Hanc, quæ Doctorem sedes erat ante virorum,

Et gravissimæ pietatis hominum, vitæque probatæ;

Hos quoque qui mundos dirimunt (quorum effluus unus,

Alter at usque viget, stabilisque in secula durat)

Divosque, atque homines discludunt limite certo

Cancellos: talis nimirum erat hic locus olim;

At nunc ridiculus, contra discrimine nullo

Cum quisque haud clausis irruumpit ad initima portus;

Et mihi jam medio in cœtu, ingentique corona,

Stans præco hac altè videatur dicere voce:

Huc agite, ô quoscunque jurat turpissima vita!

Nec potest cuiquam suffragari prærogativa Magistratus, quæ fungitur; nam talis prærogativæ nullus est usus intra templum; quia quisvis Magistratus in templo habetur ut privatus. Quod Julianus Apostata ad sacerdotum suorum in Gallicia Pontificem Arfacium scribens, ipse idolomanie Pontifex Maximus edixit, apud Nicæphorum cap. 22. Ejus verbis prociaciam quorundam, qui se Catholicos dicunt, placet contunderè; Provincie Rectoribus in urbem advenientibus nullus sacerdotum obviam eat; sed cum in Deorum templa ingrediuntur, intra vestibulum saltem occurrat. Ne quis autem miles eos ad eam sacram ingrediens precedat, sequatur tamen qui volat. Quamprimum enim Magistratus solum delubri auferit, privatus redditur, Tu siquidem quod nosti, intra templum imperium obtines. Atque id divina agitant sanctiones, quibus qui parent, veri Deorum sunt cultores; qui verò fastu efferruntur, sunt insolentis jactantia, & vana gloria aucupatores.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam ut idem Tertullianus ait, differentiam inter clericum, & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, nec laici olim sacerdotes dicebantur, quia aliqua munia in Missæ sacrificio olim obirent, sed propter sacerdotium internum, & spirituale, quo omnis Christianus animam & corpus Deo offert per spirituale sacrificium bonorum operum, de quo sacerdotio intelligendus est D. Hieronymus in c. multi 12. 40. dist. ubi ait: *Non omnis sacerdos, sanctus, sed omnis sanctus, sacerdos.* Nec obstat primum augmentum difficultatis; nam licet verum sit primis Ecclesiæ sæculis fideles laicos magnæ devotionis zelo accensos, etiam psalmos in Ecclesiæ publicè decantasse, non tamèn in eodem

122  
Dissolvitur  
Dubitandi  
ratio.



eadem loco consistebant ac clerici, sed in secundam stationem, ut supra reuli: quare licet certum sit, eos psalmodum modulationem intendere, non tamen in eodem loco, sed prorsus diverso. Nec obstat secundum difficultatis augmentum; nam in antiquis Ecclesie canonibus legitur, oblationem fieri ad altare, non quia laici ipsi immediatè ibi munera offerrent, sed quia Diaconus oblata ab eis recipiens ad altare deferrebat, *cap. perlectus 125. dist. ibi: Diaconi est, oblationes inferre, & disponere in altari.* Unde laici nec oblationis causa ad altare accedebant, ut docet Landmeter. *lib. 2. de veteri mon. cap. 40.*

Adhuc tamen supra traditis ob stare videtur textus in *can. 69. Synodi 6. in Trul. ibi: Nulli omnino liceat, qui quidem sit in laicorum numero, intra sacrum altare ingredi: ab eo tamen nequaquam prohibita potestate, & auctoritate Imp. quando quidem voluerit Creatori dona offerre, ex antiquissima traditione.* Ex quibus verbis aperte constat, Imperatoribus etiam laicis licere intra cancellos in sacro sedere, immò propria manu in altari offerre. Ego non rectè generaliter, & indistinctè in præsentem docetur, laicos intra cancellos stare, aut sedere non posse. Pro cuius canonis expositione sciendum est, neque Imperatori quidem olim licuisse cancellos ingredi, aut in sacro sedere inter clericos, ut satis liquet ex pluribus exemplis, quibus historia Ecclesiastica abundat; apud Sozomenum *lib. 5. hist. cap. 15. & lib. 7. c. 24. Theodoretum lib. 1. cap. 17.* Unde Constantinus Imperator in Concilio Nicæno eò erga eius Patres obsequiò se gessit, ut jus sedendi ab ipsis excoleretur, quò non aliter fuit usus, quàm Episcopi congregati designatas sedes occuparent, ut referunt Eusebius *lib. 2. de vita Constant. cap. 10. Theodoretus lib. 1. cap. 7. Socrates lib. 1. cap. 5. ex eis Christi. Lupus ad eund. can. cui pietati mirè congruit alia non satis extollenda Magni nostri Monarchæ, qui in suo Sacello Regio diebus Purificationis, Cinerum, & Dominicæ Palmarum semper præcedere jubet omnes clericos, & Cappelle ministros in assumptione Cereorum, Cinerum, & Palmarum, ut referunt Turtureus in Sacello Regio, *cap. 6. fol. 100. D. Didacus de Guzman in vita Regina Margari. cap. 19.* Sed eò pervenit Græcorum Imperatorum superbia, ut cancellos Ecclesie penetrarent, & cum presbyteris sedere, ac offerre ambirent. Gregorius Nazianz. *orat. 20.* ubi de Valente ait: *Cum quidem ille nescio quomodo dardarius nobiscum in Ecclesiam se contulisset, & intra velum extulisset. Nec eorum ambitio hic fitebat, sed plura etiam Episcopalia munera usurpabant, ut referunt Filescus in cap. 7. de off. ordin. Robertus lib. 3. rer. Indic. cap. 1. Albaspinus lib. 1. obler. cap. 23. immò & titulo Sancti salutabantur, teste Balsamone in can. 4. & 12. Concil. Nicæn. 2. & de hac prærogativa sedendi intra cancellos plura ex ingenio sibi comminiscuntur Balsamon & Zonaras in d. can. 69. Ille asserit: Quia laicus est Imperator, illi ad sacrum altare non licere ingredi, sed propter eam, quæ præditus est, suprema potestatis amplitudinem, id ei per vetustis antiquorum Patrum exemplo concessum fuisse. Ille asserit: Hoc Imperatori licere, quia Græci Imperatores cum sanctæ Trinitatis invocatione oleo uncti sunt. Unde non tantum quando sunt Deo munera oblaturi, sed quando cuiusque voluerint, sine ullo impedimento in sacra templis adyta ingredi, & suffire, & cum triplici cereo figurare, quemadmodum & Pontificibus, esse licere.**

Non nemo id ad adulationem Græcam retulit; res tamen ita se habuit. Cum ita crebrescente aulicorum assentatione, omnia sibi, ob dignitatis excellentiam licere Imperatores opinarentur, inverso rerum ecclesiasticarum ordine in adyta quoque pro libidine ingrediebantur; & cum sacra peragebantur, sedebant. Ambrosius insolentiam moderatus est, & locum Imperatoribus ante cancellos bematos assignavit; ut sic propter Impetii majestatem Imperator, cum primus in ordine federet, populum; Sacerdotes, qui in sacris penetralibus locum habebant, Imperatorem antecederent: idque approbatum à Theodosio, & corroboratum à successoribus, ad sua, Theodosii nempe Junioris tempora conservatum tradit Sozomenus *hist. Eccles. lib. 7. cap. 24. Moris erat, ut Imperatores, dum sacris interessent, in sacro sederent, majestatis ergo à populi consortio separati. Ambrosius autem considerans eam consuetudinem, vel ex assentatione, vel ex ordinis inscientia esse natam, Imperatori in Ecclesia locum assignavit ante sacras cancellos, ita ut populum Imperator, Imperatorem Sacerdotes ordine sedis antecederent. Hanc autem optimam constitutionem Theodosius Imperator approbavit, & successores eius corroboraverunt, ac nos eam ex eo usque tempore conservatam cernimus. Nicephorus quoque Callixtus *histor. Eccles. lib. 12. cap. 41.* sententiam Sozomeni clarioribus etiam verbis retulit, in illis: *Postquam verò tempus advenit, quum cum, more recepto manus ad sacram mensam afferre oporteret, lacrymans surrexit, & divinum sacrarium ingressus est, & dono ex consuetudine oblato, intra sacros cancellos permansit in sanctiori sacerdotum loco, ubi antiquitus Imperatores consistere mos non erat, propter dignitatis sublimitatem à plebe segregatos. Quam rem quòd Ambrosius adulationis magis, quàm ordinis recti esse putabat, Imperiali quoque stationis locum ita ut par erat, in ordinem suum redegit, pro tabulatis, seu cancellis sacrarij sede illi designata, ut Imperator honoratorem quidem pro populo stationem haberet, præ illo autem Sacerdotes locum sublimiorem obtinerent. Eum ordinem, ut optimum Theodosius tum laudavit, postero quoque confirmarunt, qui inde ad hæc usque tempora servatur. Ego verò semel annuo tempore nostræ aetatis, Dei amatissimos Principes, magni Sabbati die sacra adyta maximis Dei Sapientie templi ingredi vidi, cum sub crucis forma in sacra mensa novis adolerent aromata, & dona ei inferrent. Subditque intra eundem Theodosium præscripta sibi ab Ambrosio diligenter servasse. Cum enim Byzantii die festo divinam ingressus ædem, dona mensæ mysticæ intulisset, statim retrocedens exiit, Neçtario factum ægrè ferente, & causam inquirente, respondit, se, quod inter Imperatorem, & sacrorum Antistitem discrimen sit, agnoscere, & vix tandem veritatis Doctorem, & dignum Episcopali dignitate Ambrosium invenisse. Refert Theophilus *tom. 15. in heteroc. spirit. p. 1. punct. 4. fol. 129.* Joannes Caballutius in *notit. Concil. in d. can. 69. Synodi 6.* Nec tacuit Theodosius Junior in actis Concilii Ephesini. *N. qui, qui legitimi Imperii armis semper circumdamur, quosque sine armatis, & stipatoribus esse non convenit, Dei templum ingressuri, foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema, Regiæ Majestatis insignes, deponimus, & sacra altaria munerum tantum offerendorum causa accedimus, quibus quoque oblativis ad extimur, communeque atrium mox nos recipimus. Juxta illum veterem morem, seu potius impro-***



improbum usum accipiendus est textus in dicto can. 69 Posterioribus autem sæculis in Concilio Aquensi celebrato anno 1386. de laicis nobilibus ita cautum fuit: *Laici verò nobiles, & qui vel Christianissimi Regis Consilarii, & Officiales, aut ex Militaribus Ordinibus, aut communitatum Magistratibus fuerint, poterunt intra chorum admitti; ita tamen ut post clericos sedeant, nec inter clericos ipsos ipsi sedere liceat.* Refert Corjolanus in addit. ad summam, fol. 138. quod de Ducibus & Comitibus aliquando locum indebitum usurpantibus probat Alteserra de Ducibus lib. 1. cap. 17. etiam debitus honor illis servandus sit, juxta Concil. Wormat. can. 58. ibi: *Ut Episcopi provideant quem honorem presbyteri senioribus tribuant.* Troscian. can. 6. *Presbyteris vestris humilitatis exempla, & monita dare debemus, videlicet ut eis, in quorum ditione sue consistunt Ecclesie, congruum honorem & obsequium impendant debitum, id est, spirituale, atque ecclesiasticum; & hoc sine ullo typho, vel contentione, aut rebellionem.*

14.  
De monachis

Supereff tantum, ut de Monachis agamus, qui primis Ecclesie sæculis sacris Ordinibus non initiabantur, cap. *Monachi cap. aduicimus* 16. q. 1. unde non incongrue ambigitur, an inter clericos, an verò cum laicis in Ecclesia confisterent? Et quia monachi laicorum statui plenè adscripti non erant, sed medio inter hos, & clericos gradu potiebantur, fateri necesse est, distinctum, diversumque locum monachos in Ecclesia tenuisse, extra chorum videlicet, sed propè cancellos; quod facile probatur ex B. Dionysio Areopag. qui epist. ad Demophilum, partem templi patuisse refert plebi sanctæ, aliam Therapeutis, tertiam

Clero: & cap. 7. de hierarch. Eccles. ait: *Hi qui monachi sunt ordinati, adytorum porta segregata sunt, iuxta quas initiantur, & adstant non ad custodiam, sed ut ordinem recognoscant suum, sintque ipso populo propinquiores Sacerdotibus.* Deinde sanctus Basiliius Magnus homilia 2. de laudibus jejunii, ita scribit: *Lejunantem inter sacrorum cancellos recipit Dominus, at luxu, crapulaque plenum, veluti prophanum, & à sacris alienum nequaquam admittit.* Ubi, sicut non est dubium, quin cancellosum nomine intelligat sanctus non eos, qui choro propriæ clericorum stationi circumdati erant, sed quibus proximus choro locus à reliquis sejungebatur; ita jejunantis vox apud eundem non quemlibet jejunio corpus macerantem significat, sed eum, qui monasticam vitam professus est Gregorius Nazianz. orat. 32. ubi de singulorum, qui concionanti, & sacrificanti aderant, locis, & ordinibus verba faciens, ita scripsit: *Vale Cathedra, invidiosum hoc, & periculosum fastigium Pontificum, concilium Sacerdotum, non minus maiestate, quam astate ornatorum, & quicumque tandem alii circa sacrosanctam mensam ministratis, atque ad appropinquantem Deum appropinquatis, vale Nazareorum chori, virginum sanctimoniam, mulierum modestiam.* Ubi pro Nazareis monachos accipi probat Vicecomes volum. 3. lib. 2. cap. 38. & ita dum Gregorius prius de clericis, postea de monachis, tandem de laicis agit, aperte demonstrat, monachos in diverso loco clericis immediato sedisse; quod & docent Lemaitre in confutatione Sorbon. 1. p. cap. 2. & de monachis lib. 1. cap. fin. in principio. contra Hallierium Cellotius de hierarch. lib. 7. cap. 1. per tot. Francisc. Hallier. in vindiciis lib. 4. c. 1.

## CAPVT II.

### Ex Concilio (a) Pictaviensi.

Clerici arma portantes, vel (b) usurarii, excommunicentur.

#### NOTÆ.

1. (a) *Pictaviensi.* Can. ult. juxta editionem Baronii anno 1100. num. 19. Corjolani in summa fol. 490. De hoc Concilio & causa illius congregationis nonnulla notavi in cap. 1. de astate & qualitate. Etiam reperitur textus hic in cap. 2. hoc tit. in 1. collect.
2. (b) *Vel usurarii.* Ita legitur in dictis editionibus Baronii, & Corjolani, & in Regia tom. 14. Conciliorum: unde necesse non est cum repetentibus in præsentii conjunctivam accipere pro disjunctiva; sæpius enim brevitatis causa Patres hujus Concilii diversa sub uno canone statuerunt, ut notavi in cap. 1. de filiis Presbyteri. & ita quia parem poenam imponebant clericis usurariis, vel ipsis arma portantibus, idè eos tam armatos, quam usurarios in hoc canone conjunxerunt. De clericis usurariis agemus (si Deus vitam, otiumque dederit) in cap. 1. de usuris, in præsentii tantum de deferentibus arma videamus.

#### COMMENTARIUM.

3. EX hoc canone sequens communiter deditur assertio: *Clerici arma deferre non de-*

bent, aliàs deponuntur. Probat eam Concil. Tolosan. can. 44. sub Honorio I. celebratum: *Clerici qui in quacunque seditione arma volentes sumplerint, aut sumperunt, reperi, amisso ordinis sui gradu, in monasterium contrahantur perenniter penitentia.* Item Concil. Francicum celebratum sub Carolo Magno Principe, præsidente Legato Sedis Apostolicæ Bonifacio Moguntinensi Archiepiscopo: *Servis Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum, & in hostem pergere omnino prohibemus, nisi illis tantummodo, qui propter divinum ministerium, Missarum scilicet solemniam adimplenda, & Sanctorum parochiam portanda, ad hoc lecti sunt; id est, unum, vel duos Episcopos cum Capellanis suis Princeps secum habeat.* Idem antea statuerat scribens ad eundem Bonifacium Zacharias I. epist. 8. & 9. *Idem & Carolus Magnus in constitutionibus suis: idem omnino & Concil. Metense cap. 10. sub Arnulpho, & Concil. Biterrense can. 14. Concil. Moguntin. 4. can. 74. Nos, qui reliquimus seculum, id modis omnibus observare volumus, ut arma spiritualia habeamus, corporalia dimittamus.* Concilium Wormatiense sub Pipino, can. 16. *Ut arma clerici non porrent.* Claromontanum sub Urbano II. can. 4. *Ne aliquis clericus arma deferat.* Ravennat. tempore

Conclusio  
traditur &  
probat.



tempore Honorii IV. can. 3. cap. eos 20. q. 3. cap. porro 16. q. 3. cap. quisquis 17. q. 4. cap. cum clericis de voto cap. quod in dubiis 5. de penis. cap. in audientia, de sent. excom. cap. clericus 8. 41. dist. cap. si quis, 41. dist. cap. 6. §. clericus cap. 12. cap. penult. de homicid. cap. non pila, cap. convenior 23. q. 8. Clem. 1. §. quia vero, de statu monach. Clement. unica. vers. Quidam cum armis, de excess. Pralat. Concil. Britannicum sub Agathone: Statuimus etiam, atque decernimus, ut Episcopi vel quicumque Ecclesiastici ordinis religionem vitam professi, armis non utantur. In exceptionibus Ebberti Eboracensis Episcopi, num. 17. hæc leguntur; Nemo sacerdotum ex numero arma pugnantium unquam portet. Innocent. III. lib. 1. epist. 43. Sanctus Bernardus epist. 203. Nec clerici est, pugnare armis militaribus. Concil. Illerdense celebratum anno 1219. sub Joanne Cardinali A. S. L. in Ecclesiis, civitatibus, villis, vel aldeis clericis cultellos acutos portare non presumant; lex 53. §. circumcingere. C. de Episcopis & Clericis: alia congerunt Crespetius in summa, verbo Arma. Illustant ultra congeltos in præsentia Garanna & Barbofa, idem Barbofa de officio Parochi cap. 6. & de jure Eccles. lib. 1. cap. 4. num. 137. Ant. Augustinus epist. lib. 6. tit. 54. Acunna in d. c. Clericos, 41. dist. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 5. Cironius in 5. compil. in cap. 1. de sent. excom. Salmutius ad Panorolam lib. 1. tit. 56. Wadingus in notis ad opera D. Francisci, fol. 265. Joannes Garcia in summa tract. 1. diff. 2. dub. 2. num. 9. Claudius Elpenceus lib. 2. digress. cap. 6. Ant. Augustinus lib. 3. tit. 43. Rouffellus lib. 4. hist. jurisd. cap. 4. Theophilus Raynaud, tom. 7. de religioso locato, fol. 193. Florens in præsentia.

4. Hæc tamen assertio difficilis redditur ex sequentibus juris principiis. Et primò, nam armorum finis est defensio propriæ vitæ, aut bonorum. Novell. 85. cap. 4. in fine, nec divitiarum secuta est possessio, nisi armorum defensione servetur. Vegetius lib. 3. de re milit. & cum juris gentium sit, vim atque injuriam propulsa, l. ut vim, ff. de iustitia & jure, l. 45. §. 4. ff. ad leg. Aquil. & ipsa naturalis ratio permittit, ut à periculis nos defendamus. l. utaque 4. ff. ad leg. Aquil. unde jus hoc, ut arma armis repellere liceat, à natura comparatum dicitur, l. 1. §. vim vi 27. ff. de vi & vi armat. sæpe enim prærens necessitas moram judiciorum non admittit, l. 1. §. sed excipiuntur 2. de feris, l. 3. §. ut ff. ad legem Cornel. de sicar. l. 7. §. 1. ff. quod vi aut clam, cap. 3. 23. q. 1. Igitur hæc defensio omnibus permilla, quæ ex delatione armorum provenit, clericis auferri non debet. Augetur hæc difficultas ex præcepto Domini nostri Jesu Christi, qui sæpius etiam sacris Ecclesiæ ministris iussit arma deferre; in ipso enim limine suæ passionis Apostolos admonuit, ut gladios compararent, his verbis Lucæ cap. 22. vers. 36. Qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat illum. Nec D. Petro Apostolorum Principi, percussenti gladio auriculam militis, iussit Dominus projicere gladium, sed potius custodire, & conservare, his verbis, Matthæi cap. 26. vers. 52. Convertere gladium tuum in locum suum. Igitur à clericis statim alienum non est, gladios deferre, seu arma portare.

Quæ difficultate minimè obstante, vera est prærens decisio, pro cuius expositione sciendum est, arma translatitè, & minùs propriè accipi pro quolibet munimento, quo quis gaudet; sic

instrumenta rustica agricolatum arma dixit Virgilius lib. 1. Georg. vers. 60.

Dicendum est quæ sint duris agrantibus arma. Et Nautarum lib. 5. Æneid.

Colligere arma jubet, validisque incumbere remis.

Sic studiosorum arma libri dicuntur. Gæddeus in l. 41. num. 6. ff. de verb. signif. & insignia gentilitia communiter arma dicuntur. Höpingius de jure insignium, in princip. num. 31. propriè tamen arma intelliguntur, quæ principaliter secundum naturalem utum ad defendendum, & offendendum sunt ordinata, ut gladius, lancea, bombardæ, ballista, de quibus Virgil, lib. 1. Æneid. vers. 54.

Unde Consultus in l. armatos 9. ff. ad leg. Juliam de vi publica, armatos non tantum eos accipientes esse monet, qui tela habuerunt, sed etiam quicquid aliud, quod nocere possit. Faciunt lex quod est 3. §. armis, ff. de vi & vi, lex 2. ff. de vi bonor. rapt. junctis traditis per Bocerum clas. 4. dist. 13. thesi 7. Pancirolam ubi supra, & in nov. Imperii, cap. 66. Demsterum ad Rosinum lib. 3. cap. 5. Tabor, in armament, in principio; quo modo in præsentia prohibitione, & similibus inhibitionibus de armis non deferendis, arma accipiuntur pro omnibus illis instrumentis, quibus ad nocendum homines utuntur, & eo animo deferuntur; unde armorum prohibitio cessat, ubi quis arma ad panem incidendum, vel ad aptandas pennas portaverit, vel etiam cultellos minores. cap. lator, 9. de homicidio, qui armorum appellatione non veniunt, Novella 85. cap. 4. ibi: Permittimus cultellos minores. Quod tamen intelligitur de cultellis modò definitis; nam cultelli majores, cultri dicti, cum quibus gravis percussio inferri potest, prohibentur clericis, & monachis. Concil. Illerd. supra relatum, Arnulphus Episcopus Lexov. epist. ad Alex. Papam, ibi: Ac nisi de cultellis eorum pugionem provida sustulisset antiquitas, sæpius usque ad alternas etiam mortes intemperantia defecisset. Notavit Cironius in cap. 1. de sent. excom. in 5. compil. quo modo accipienda sunt plura statuta Pontificia, quæ cultellorum gestationem prohibent apud Arniseum lib. 2. de jure maiest. cap. 5. §. 5. pag. 337. Arma igitur offensiva, vel defensiva, quæ ad armandum hominem inventa sunt, hæc prohibitione continentur. Cæterum quæ ad armandum hominem facta non sunt, lædere tamen quem possunt, ut lapides, fustes, & similia, licet in maleficiis perpetratis armorum nomine veniant; tamen in simplici prohibitione gestationis armorum non continentur, nec etiam pœnam adiectam deferenti arma patitur, qui arma defert ad nocendum fabricata, ita tamen corrupta, ut nocere amplius nequeant, & speciem tantum armorum habeant. Riccius decis. 63. Curie Neapolit. ubi decisum refert, quod clericus, qui archibuserum gestaverat absque silice, sive fusili, canibusque ferreis, absolutus fuit à Synodi provincialis Neapolit. pœna contra portantes arma, cum talia non portaret, quæ apta erant ad nocendum, argumento legis Quinius 27. §. qui aurum 3. ff. de auro & argent. probat Decianus consil. 122.

Secundò sciendum est, armorum delationem, seu usum regulariter privatis prohiberi in l. unice C. de armorum usu, extrationibus, quas infra in ejus

6. De armorum usu prohibito.

Handwritten stamp: ALEXANDER 1720



ejus interpretatione assignavimus, aded ut nec fabris ipsorum usus permittatur, *novella 85. cap. 1. ac nec militibus quidem extra usum belli, ut probat Arniseus d. cap. 5. p. 340. ex l. qui commea- us 14. ff. de remilit. ibi: Armorumque custodi ple- runque ea culpa imputatur, si arma militi commisit non suo tempore. In posteriori aetate nobiles à plebe distinxit delatio armorum Guather us lib. 3. Ligust. in Frider.*

*Uique suis omnem depellere sinibus hostem Possit, & armorum patriam virtute tueri, Quoslibet ex humilis vulgo, quod Gallia fœdum judicat, accingi gladio concedit equestri.*

Quo ex loco intelligimus de nobilibus tantum accipiendum esse canonem 17. Concil. Mogunt. 1. ibi: *Laicis vero, qui apud nos sunt, arma portare non præjudicemus, quia antiquus mos est, & ad nos usque pervenit. Et tunc nobiles enses accipiebant de altari. Petrus Blef. episc. 94. ibi: Sed & hodie tyrones enses suos recipiunt de altari, ut profiteantur se filios Ecclesie, atque ad honorem sacerdotii, ad iunctionem pauperum, ad vindictam malefactorum, & patriam liberationem gladium accepisse. Probat Alteserra de Ducibus, cap. 7. ob institutum verò, & peculiarem professionem ab armorum usu arcentur non solum Philosophi, l. professio 6. C. de muner patrimon. lib. 10. l. 1. §. an 4. ff. de variis, & exor. ordin. cognit. l. 8. §. 4. ff. de vacat. muner. verum etiam Clerici, ex hoc textu, & ex supra relatis monachi; unde jure feudali eo ipso quod vassallus votum religionis emisit, arma deponere cogitur, nec ea amplius recipere potest, lib. 2. feudor. tit. 21. & 26. Similiter & qui poenitentiam solema caput subdiderant, arma deferre nequibant, cap. admonere 33. q. 2. cap. de his verò 26. q. 7. cap. contrarium, cap. falsus, de poenit. dist. 5. Synodus apud Wormat. tempore Ludovici apud Hincmarum Rhemenf. ibi: *Quicumque propria uxore derelicta, vel sine culpa interfecta, aliam duxerit uxorem, armis demissis publicam agat poenitentiam. Sigebertus in chron. Ludovicus Imperator, à suis desertus, ac proditus, & in potestatem filiorum redactus, Episcoporum iudicio arma deposuit, & ad agendam poenitentiam inclusus est. Notarunt Juretus ad episc. 85. Ivonis, Alteserra ubi proxime.**

7. *Unde apparet ratio traditur ratio dendi.* *entis decisionis; non enim clericorum armis gladii, sed dolor, fletus, orationes, & lacrimae, cap. non pila, cap. convenio 23. q. 8. debent enim clerici exemplum Christi sequi, qui in Ægyptum ob Herodis lævitiam fugiens, & lapidibus Judæorum cedens, non arma armis, sed fugam persequentibus docuit opponi, cap. 1. 23. q. 3. Accedit, quod repugnat habitui, & honestati sacerdotali, arma gestare; qui enim armatum se contuetur, arrogantior fit, & ad injuriam inferendam concitatur. Hinc arma causam saltem per accidens præstare dicuntur ad delicta perpetranda, l. si servus, ibi: *Armorum fiducia, C. de his, qui ad Ecclesiam, l. si quis in hoc genus 10. vers. quod ff. C. de Episc. & clericis.* quod ab honestate clericorum profusus alienum est, ferro enim sanguis ellicitur, à quo clerici abstinere debent, can. 27. Apostolor. Olim tamen abusus tantus inoleverat, ut passim Episcopi, & clerici armati incederent, ut refert Aymonius agens de Ludovici Imperatoris temporibus, ibi: *Tunc cæperunt deponi ab Episcopo, & clericis cingula balthæis aureis, & gemmeis cultris venerata, Accedit etiam, nam aded Ecclesia ab-**

horruit usum armorum in ejus ministris, & cæteris fidelibus, ut etiam laicis accedentibus ad Ecclesiam juberet prius arma deponere, ex actis Concilii Ephesini supra in cap. 1. retuli. Concilium Salegust. can. 8. ibi: *Decretum est etiam in eodem Concilio, ut nemo gladium in Ecclesia portet, regali tantum excepto, Aurelian. 3. cap. 28. Cabilon. cap. 17. Illustrat Theophilus Raynaud. tom. 17. de relig. lorisato, fol. 192. Filescus in cap. 1. de offic. ordin. §. 11. Carolus lib. 7. capitul. cap. 202. illic: *Sacrificia matutina Missarum, sive vestertina, ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum usum spectet, quod qui fecerit, in sacerdotii potestate consistat, quali eum districtione debeat castigare. Et d. Clementina 1. §. quia vero, de statu monach. Nec tantum in templis, verum nec in eorum aëris, cellulis, seu domibus, l. pateant 3. §. arma, C. de his qui ad Ecclesiam confug. usque aded, ut armatis ad Ecclesias immunitatis causâ confugere non liceat; sed si arma secum in Ecclesiam intulerint, jubentur ea deponere eunt religione, ac, nisi ea deponant, ab Ecclesia abstrahuntur, dicta l. 3. §. ult. & servus, qui cum armis ad Ecclesiam confugerit, inde extrahi debet; & si resistat, impune potest interfici, l. si servus 4. C. eod. tit. Igitur si laicis fidelibus, qui accedunt ad Ecclesiam, prohibetur arma gestare, quanto magis clericis, & ministris Ecclesie prohiberi debet. An verò iudices seculares possint clericos arma deferentes illis spoliare, dubium est; Affirmat P. Caball. resolut. cent. 1. casu. 9. num. 13. Covar. lib. 2. var. cap. 20. num. 28. & pract. q. 37. num. 7. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 28. num. 66. Peguera decif. 56. num. 11. Roussel. lib. 4. bist. Pont. jurif. cap. 3. num. 39. plures, quos refert & sequitur Vela tom. 2. dissert. 44. num. 47. Negat Vazquez in 1. 2. disput. 167. cap. 4. num. 31. Cui sententiae libenter adhaereo, nisi à Prælati propriis admoniti fuerint, ut ea deponant; quia cum post tertiam monitionem privilegium fori amittant, cap. audientia 25. cap. contingit 45. de sentent. excommunic. justè à iudice seculari illis arma auferuntur. Prosequitur latus Barbofa in collecti. ad hunc textum, & tom. 6. in select. ad hunc textum. Praxitam apud nos receptum esse, ut clerici reperti cum armis post noctis horam, vulgò de la queda, possint illis spoliari, pluribus relatis testantur Azevedo in l. 9. tit. 3. lib. 1. recopil. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 13. num. 87. & lib. 2. cap. 18. num. 66. Vela dicto num. 47.**

8. *Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam à præfenti generali prohibitione necessitas casus excipiendi sunt, ut contra vim, tum sibi, tum patriæ illatam, armis sese clerici defendere possint, cap. olim, ibi: *Vim vi duxeritis repellendam; de restitu. spol. cap. cum presentium, 3. de clerico percussore, cap. dilecto 6. de sent. excom. in 6. Eadem ratione, si civitas ab hostibus oppugnetur, clerici arma defensionis causâ sumere possunt, cap. petitio, ibi: *Tam clericis, quam laicis, de homicidio; cap. pervenit, de immunit. Eccles. Citra illum tamen necessitatis casum non debent Clerici arma sumere, cap. clericum 23. q. 8. Grotius de jure belli, lib. 1. cap. 5. num. final. Nec obstat augmentum deductum ex dicto cap. 22. D. Luca; non enim ibi jubet Dominus enses emi ad inferendas injurias, sed ad extollendam justitiam; non ad feriendos satellites, sed ad instruendos Christianos. Petrus gladio percussit, sed objurgatur à Christo, qui vult in comitatu gladii***



gladios haberi, sed non in homines distringi. Quis ergo gladii usus? Cur, interrogat Ambrosius Petri nomine, emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur haberi precipis, quem vetas promi? Et respondet, ut sit parata defensio, non ultio necessaria; & videat potuisse vindicare, & noluisse: docet Wadingus ad D. Franciscum tom. 1. fol. 263. Accedit ratio significandi utramque potestatem, gladii videlicet spiritualis, & temporalis, in Ecclesia esse, ut illustrat Bobadilla d. cap. 11. per totum.

Sed hucusque traditis obstat textus in cap. 3. de cleric. percuss. ubi clericus arma accipiendo, est homicidium exinde sequatur, non puniatur, nec irregularis sit. Igitur quia licet clericis arma portare. Augetur hæc difficultas ex can. 55. D. Bassini ad Amphitrochiam, ibi: *Qui se latronibus adversos obviavit, si sint quidem extra Ecclesiam, ab omni comminatione arcentur; si sint autem clerici, a gradu deponuntur. Quicumque enim, inquit, gladium accepit, gladio peribit.* Ubi in eadem specie docetur, clericum cum gladio in latrones irruentem debere deponi. Pro cuius difficultatis solutione, & antimonie conciliatione, dicendum est cum Balsamone in d. Fo. can. 55. distinguendum esse inter eos, qui irruerunt in latrones necessitate causa, cum aliter res suas, vel se defendere nequeant; & inter eos, qui nullam necessitate coacti in eos irruerunt. Primo casu cum defensionis causa tantum irruerint, nullam ex tali percussione irregularitatem contrahunt, cap. 1. ubi lat. Deo volente, dicemus, de homicidio; quo casu procedit textus in d. cap. 3. de cleric. percuss. Secundo vero casu, cum nullam necessitate coactus ad percussorem processerit, dicendum est non solum illum irregularitatem contrahere, verum & deponendum esse, iuxta sententiam D. Bassini in d. can. 55.

Pro corone hujus commentarii, dum in usum & gestationem armorum incidimus, exponenda est difficilis constitutio Valentini Imperatoris, quæ extat in l. unie. C. ut armorum usus. Ut incio Principe sit interdictus, in Codice Justiniano; in Theodosiano vero Codice sub generali rubrica, quorum usus interdictus est, his verbis: *Nihil præfatus nobis infans, & inconvulsus, quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur.* Data 3. Non. Octobr. Altino, Joviano, & Vartoniano Coll. Quæ verba de privata civium exarmatione acceperunt Bartolus, & cæteri repetentes ibi, Hieronymus Butigela in l. 1. num. 102. ff. de verb. oblig. Corneus, Socinus, & Corta congesti à Hieronymo Duennas regul. 57. Fatinacio in practi crimin. q. 28. num. 65. inde arma movere, pro bellum indicere accipit in eo textu Lucas à Penna. Alter etiam accipit textum illum Gudelinus de jure novissimo lib. 5. cap. 33. cuius interpretationem refert Tabor. in armament. cap. 1. num. 10. Sed his & aliis omisis, ut vera sententia ipsius legis pendatur, aliqua de eius auctore, tempore, occasione, & consulibus, quibus dirigitur, prælibanda sunt. Epigraphæ ita habetur: *Imp. Valentianus, & Valentini AA. ad Bulephorum Consularem Campaniam; ubi exprimuntur nomina, tam Imperatorum, qui rescribunt; quam Consulibus, cui rescribitur.* Nec audiendus est Menochius de arbit. casu 394. num. 23, qui textum illum Theodosio tribuit, cum sit Valentini I. Cum enim Jovianus statim post necem Juliani, 5. Kal. Jul. A. C. 393. Im-

perator dictus, enecatus esset mense 8. Imperii, videlicet 17. Februarii, ut referunt Nicephorus Calixtus lib. 10. hist. Eccles. cap. ult. ex Ammiano, Theodoro, Rufino, & aliis Calvinus in Jo. viannum pag. 536. suffectus ei fuit Valentianus I. anno 394. qui ob multitudinem hostium Imperio imminentium, fratrem Valentem collegam ascivit, eique oriente permisso, in occidentem ipse concessit, teste Petavio r. p. ration. temp. lib. 6. pag. 376. Hoc itaque tempore, cum veluti per universam Romani Imperii ambitum buccinæ classicum canerent, & excitæ gentes levissimè limites sibi proximos propullarent, dum Gallias, Rhetiasque, ut Ammiani verbis lib. 26. utar, Alemanni popularentur, Sarmatæ, & Quadi Pannonias; Picti, & Saxones, & Scoti Britannos, &c. perculli, tot tantisque motibus Imperii Proceres, Dynastæ, Civitates, Provinciales, cæteri, arma circumspicerent, arma fremere, arma movere. Quod ne contra leges Julias factum videretur, hi, & illi consentum Imperatoris elicere conati sunt, Bulephori Consulatis Campaniæ intercessione usum. Quoad Bulephorum, cui rescribunt Imperatores, sciendum est, quod Augustus occupato Imperio provincias, quas anouis Magistratum imperiis regi nec facile, nec tutum esset, suæ curæ reservavit; cæteras sub Senatu, & populo relictas Proconsulibus sortitò permisit. Suetonius in Octavio, cap. 47. eas, quæ sub Senatu relictæ fuerunt, Consulares; quæ autem Imperatorum partibus cesserant, Proconsulares dictas fuisse, Pompon. Lætus tradit de Magistr. Rom. cap. 23. Alii rectius docent, in Imperatoriarum provinciis, Præsides, in alteras Proconsules missos fuisse. Welemb. ad in. de offic. Procons. & Leg. Cujac. lib. 20. observ. 27. ubi in fine notabilem differentiam adjicit, quod Proconsules antea essent Magistratus, qui quoad Senatum placuisset; Præsides autem, quandiu Principi visum fuisset, regimen obenerent. Enimvero distinctio hæc (inter provincias Proconsulares, & Imperiales) non diu ab Augusto stetit. Cujac. in comment. ad l. 3. C. de jure fisci. Vide de Hadriani distributione provinciarum, ex Spartiano, & Capitolino Rosin. lib. 10. antiquit. cap. 16. ideoque Moderatores provinciarum, l. Curiales 25. de Decur. Præsides, Rectores, Correctores, Consulares, jam dudum promiscuè dici cæpere, l. unie. C. ut omnes judices, tam civil. quam crimin. Consulares autem dicti sunt antiquâ consuetudine, quod commissa illis esset provincia, tanquam ex consulibus regenda. Ioan. Gudelin. de Magistr. Rom. cap. 23. Tali cum potestate præerat Bulephorus noster Campaniæ provinciæ Italiæ; juxta Samnites, Hirpiniæque ad mare inferum sitæ, quæ hodie terra de Labor appellatur; felici, & beatæ regioni, humanas cupiditates si arbitretis, in qua idem Liberi Patris cum Cerere certamen extitisse tabulantur Philippus Cluver. lib. 3. introduct. Geograph. cap. 29. Eæt enim secessibus amœnis aptissima; unde & secreta, & Campania sinus, cap. 66. & Campania amœna, apud Symmachum lib. 7. epist. 35. Sueton. in Augusto cap. 72. aliosque scriptores passim celebratur. Et hæc quidem de inscriptione. Nec prætereunda est subscriptio, quæ loci & temporis circumstantias suggerendo non parum lucis itidem intellectui ipsius functionis affert; locus ubi rescriptum hoc dictatum fuit, est Altinum, in provincia Venetiæ, ut docet



Victor Schot. cap. 26. & tabula Peutingeriana, vulgò *Altino*: unde forsitan est, quod in Codice Theodosiano librarius, seu amanuensis, non solum in hoc textu, sed & in his, qui mox recensentur, semper stylo vulgari scripsit, literas eas datas esse Altino, pro Altini, ubi tunc Valentinianus senior hujus constitutionis auctor consistebat, quod variè ibidem ab illo hac tempestate promulgatæ constitutiones, quæ in Codice Theodosiano passim occurrunt, liquido ostendunt, veluti dicta lex i. & 2. C. Theodos. quibus equorum usus concessus est, aut denegatus, lib. 9. tit. 30. lex 6. quorum appellationes non recipiantur, lib. 11. tit. 36. lex unica de Nautis Tyberinis, lib. 14. tit. 21. lex 7. de posteribus, & catabolensibus, lib. 14. tit. 3. lex 7. C. de penis lib. 9. tit. 40. Mortuus est equidem Jovianus Imperator 13. Kal. Martii, teste Socrate lib. 3. cap. 22. & Eutropio lib. 10. filio Valeriano parvulo relicto, Neque tamen nomina in fastis mutata sunt; licet enim Cæsar, teste Dione lib. 45. consulatus tempus annuum, & regulare valde mutaverit, effeceritque, ut ad mentes, & dies aliquando Consules fierent; illud tamen postea constanter custoditum fuit, ut ab illorum nomine anni notarentur; nullo habito respectu ad officii durationem. Hinc distinctio illa consulum in ordinarios, & successores; quam prosequuntur Rosinus lib. 7. antiquit. Rom. cap. 9. Arniseus lib. 2. relect. polit. cap. 6. sect. 4. Cuspinianus, Cassiodorus, Panvinus, & alii de fastis Consul, agentes. Constantinum denuò consulatam annum restituisse, referunt Turnebus lib. 5. advers. cap. 50. Lipsius de Magistratibus, cap. 9. Inde etiam Jovianus post facta inter Consules refertur, cui etiam adscribitur nobilis constitutio textus in l. si quis 5. C. de Episcop. & Cleric. cuius etiam meminerunt Nicephorus Calixtus lib. 10. histor. Eccles. cap. 39. Zonaras tom. 3. Annal. in Joviano; licet subscriptio ipsius textus mendositas, cum vulgò legatur datam esse 11. Kalend. Martii, Gratiano A. 3. & Merobande Consulibus; cum constitutio illa edita fuisset quadriduo ante obitum Joviani, cum Consules essent ipse, & Varronianus, l. 2. C. de rapin. virginum, quem errorem jam agnovit, & emendavit Baronius anno 363. num. 129. pag. 197.

11. *Prosequitur* His animadversis jam verba ipsius constitutionis breviter perstringamus: prohibitio illis generalibus verbis continetur: *Nulli tribuendum esse, &c.* quibus non solum Dynastæ, Nobiles, verum & universi cives continentur, ut in l. nulli 3. quod cuiusq. universi, l. 13. C. de fundis patrimon. lib. 11. & aliis pluribus; etiam utuntur Imperatores dictione, *provisus*, ut excludantur omnia, quæ in contrarium excogitari possunt, ut in l. ult. C. de formulis, l. 1. C. de frumento urbis, lib. 11. Prosequuntur ea verba, *armorum movendorum*, quibus prohibetur usus publicus, seu privatus movendi arma, etiam sub prætextu, & colore turbatarum ingruentium. Adhibent etiam limitationem Imperatores his verbis: *Nobis inscius, &*

*inconsultis*, id est, voluntate Principis non prius imploratâ, & impetratâ; quam limitationem legimus in l. nullus 4. C. ad leg. Jul. majest. l. 13. ff. de transact. l. anfertur 46. §. 7. ff. de iure iur. l. 6. §. 1. ff. de offic. Proconsul. l. 2. C. de cadaver. puni. docuerunt Jacob. Gothofredus in dicta l. 1. C. Theodos. quorum usus. Arniseus de majest. cap. 5. de potest. armorum. Nec superfluo dicitur, *inscius & inconsultis*; cum enim turbulentis primis temporibus conniventia Principum præsumeretur, ut in l. 4. §. 1. ff. de manumiss. & casibus relatis à Tacito lib. 12. annal. Lipsio lib. 4. polit. cap. 3. num. 17. idèd non solum scientia Principis, verum & ejus voluntas desideratur. Sensus ergo prædictæ constitutionis est: Campaniæ incolæ, Dynastæ, Nobiles, & cæteros cives, cum agnoscerent, post subitaneas Principum Juliani, Jovianique mortes, diademate jam in Valentinum, Valentemque diviso, varios undique motus suboriri, petiit à Rectore suæ provinciæ Bulcephoro, ut sibi copiam faceret armorum, & facultatem tribueret arma sua gestandi in publico, illisque adversus omnes insultus utendi. Consul, cum sciret, talia concedere non posse, quæ lege Julia majestatis verita fuissent, l. 3. ff. ad leg. Jul. majest. consuluit Imperatorem Valentinianum, qui nomine suo, & collega respondit, nulli provinciali cujuscunque conditionis armorum movendorum copiam tribuendam esse, nec singulatim, nec turmatim, inscio, aut inconsulto Principe. Unde non rectè Barolus, quem sequitur Cujacius in eo textu, generale summarium ita deduxerunt: *Nulli liceat arma portare sine Principis licentia; cum ex justa & honesta causa liceat privatis arma deferre.* Nec rectè pro sua sententia Cujacius expendit Sinesium episc. 107. lbi: *Non licitum est privatis hominibus arma deferre*; nam ea verba apud Sinesium non leguntur affirmativè, sed cum interrogatione; nec ea sententia est ipsius sancti Episcopi, sed alterius, quem refellere & convincere Sinesius intendebat, ut constat ex integra epistola, lbi: *Jucundus es, cum nos arma fabricare prohibes, hostibus latè omnia tenentibus, omniaque deprædantibus, atque indies integram populum confertim jugulantibus, cum miles nullus adsit, qui quidem compareat; quæ cum ita sine, tantumne licere negabis privatis hominibus arma ferre?*

12. *Exponitur* Nec etiam usum armorum privatis indistinctè prohibitum esse, suadet ex lege §. 1. ff. ad leg. Juliam de vi publ. in illis verbis: *Eadem lege Julia leg. lul. de tenetur, qui pubes cum telo in publico fuerit.* Loquitur enim lex Julia de usu, gestatione, seu delatione armorum in publico, cum vel cæteris, turba, seditione fieret, l. 5. ff. eodem: vel si quis idèd cum telo ambulasset, ut talia facilius perpetraret, l. 4. ff. eodem. Excipitur autem ipsa lege Julia gestatio causaria, seu ex honesta causa suscepta, ut sunt venationis, itineris, vel navigationis, l. 1. ff. eod. vel ubi quis telum tutandæ salutis suæ causâ gestasse probatur, l. penult. §. ult. ff. eod.



## CAPVT III.

## Ex Concilio (a) Nannetensi.

VT quisque (b) presbyter, qui plebem (c) regit, clericum (d) habeat, qui secum (e) canter Epistolam (f), & Lectionem legat, & qui (g) scholas possit tenere, & admonere suos parochianos, ut filios suos ad fidem discendam mittant ad Ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat.

## NOTÆ.

(a) *Nannetensi.* In texta collectione legitur Maticensi: in prima autem Nannetensi, & etiam apud Ivonem p. 6. *Decreti, cap. 152.* citantur hæc verba ex *can. 8. Concil. Nannet.* & etiam à Burchardo lib. 2. *Decreti, cap. 56.* & credo esse cānonem Concilii Nannetensis: tum quia ex eo citatur hic cānon à Lindembrogio in *Glossario legum antiq. verbo Schola*, Filelaco de *origine paræci, in fine cap. 4.* tum quia in prioribus canonibus ipsius Concilii agitur de presbytero paracho Missam celebrante; unde facile credi potest, statim PP. edidisse præsentem canonem; & sicut ipsius Concilii subscriptiones, & alia temporis injuria perierunt; ita & præterea canon; ejus tamen verba ferè omnia reperiuntur in Concilio Parisiensi I. *cap. 30.*

(b) *Presbyter.* Inter alia nomina, quibus parochus proprius, regens populum, appellatur, frequens est presbyteri, ut passim in veteribus Conciliis & Sanctorum Patrum epistolis obvium est, ex quibus aliqua fragmenta referam, In Concilio Sardiensi *can. 12.* statuitur, ut Episcopi; si in suis possessiones venturi sunt, & fructus suos collecturi, tribus diebus Dominicis, id est, tribus septimanis in suis possessionibus degant, & in Ecclesia, quæ propè est, in qua Presbyter populum congregat, ne à communionem alieni videantur, conveniant, & sacrificium celebrent. In Concilio Emerit. *can. 9.* legitur: Placuit, ut quisquis ab Episcopo sanctum in possessione presbyteri ad distribuendum tempore opportuno accepit chrizma, nihil ab eis beneficii ransi tollere, aut petere presumat. Concilio Carthaginensi *can. 36.* ibi: Presbyteri, qui per Diocesis Ecclesias regunt. Concilio Sueffionensi sub Pipino, ibi: Presbyter, qui in parochia est. Et in Concilio Troslejano *can. 6.* habetur præclara exhortatio ad presbyteros parochianos: latè illustrat Filelaco de *origine paroch. cap. 3.*

(c) *Plebem.* Id est, parochiam; licet enim plebs aliquando accipiatur pro diocesi, tamen plerumque accipitur pro parochia, *cap. 1. de emptio. & vend. Concilium Africanum can. 87.* Parisiensis lib. I. *can. 25.* Regiensis *can. 3. & 4.* Concilium Nannet. *can. 4.* ibi: Cum Sacerdos viderit aliquem infirmari in sua plebe. Latè illustrant Filelaco de *origine paræci, cap. 2.* Soucherus in *notis ad epist. 268. Ivonis.*

(d) *Clericum habeat.* Consonat Concilium Emerit. *can. 18.* ibi: *Institu hac sancta Synodus, ut omnes parochiani presbyteri, juxta ut in rebus sibi à Deo creditis sentiunt habere virtutem, de Ecclesia sua familia clericos sibi faciant, quos D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III, Pars I.*

per bonam voluntatem ita nutriant, ut & officium sanctum dignè peragant, & ad servitium suum aptos eos habeant. Hi etiam vestium, & vestitum dispensatione presbyteri merebuntur. Parisiensis I. *can. 30.* ibi: *Jam dudum à pio, & orthodoxo Principe Ludovico, Deo amabili Imperatore admonitum; iussuque est, ut Rectores Ecclesiarum in Ecclesiis sibi commissis strenuos milites, quibus Christus Deus placari posset, prepararent, & educarent. Idem refertur in additione capitul. 2. cap. 5.* ibi: *In hoc uniuscujusque studium volumus probare, ut, quando ad provinciale Episcoporum Concilium ventum fuerit, unusquisque Rectorum, scholasticos suos eidem Concilio adesse faciat, quantum & ceteris Ecclesiis noti sint, & ejus solers studium circa divinam cultum omnibus manifestum fiat. Concilium Varsense 2. can. 1.* Omnes presbyteri, qui sunt in parochiis constituti, secundam consuetudinem, quam per totam Italianam satis salubriter teneri cognovimus, juniores lectores quantumcumque sine uxore habuerint, secum in domo, ubi ipsi habitare videntur, recipiant; & eos quomodo boni Patres spiritualiter nutriant, psalmos parare, divinis lectionibus insistere, & in lege Domini erudire contendant. Theodulphus Aurelianensis epist. ad Parochos, *num. 20.* ibi: *Eadem sermè presbyteri per villas, & vicos scholas habeant; & si quilibet fidelium suos parvulos ad discendas literas eis commendare velit, eos suscipere, & docere non renuant, sed cum summa caritate eos doceant. Illustrant Nicolaus Lemaitre de *juribus Episcop. lib. 2. cap. 4. fol. 244.* Filelaco de *orig. paræci, cap. 4.* Barbofa de *offic. Parochi lib. 1. cap. 11.* Clericum autem hunc communi voce Psalmistam dictum, presbyteri ipsi parochum eligebant, & in gradum Clericorum, ut sibi juvaret in cantu, & schola; cooptabant. D. Isidorus lib. 1. de *inst. cleric. cap. 12.* Rabanus Maurus lib. 1. de *inst. cleric. cap. 11.* de quibus Psalmistis accipiendi sunt textus in *cap. Psalmista 23. dist. cap. omnes psallentes, 38. dist. dist. cap. 1. de celebratione Missarum.* Unde explico capitulare Caroli 220. lib. 5. in illis verbis: *Ut omnis presbyter die Dominico cum psallentio circummeat Ecclesiam suam, unà cum populo, & aquam benedictam secum ferat. Ubi pro psallentio legit Filelaco de origine paræci, cap. 5.* Proconcessionale; sed ego pro psallentio accipio clericum psallentem, quem presbyteri parochi debent secum habere ad psallendum, & legendum, ut in hoc textu docetur; alii tamen sunt Psalmistæ solenniter ab Episcopo ordinati, quibus ratione proprii gradus psallendi ministerium competit, de quibus in *cap. non liceat, 92. dist. cap. non oportet, 44. dist. Synodus Laodic, cap. 15. & 23. & in l. addictos 29. C. de appellat. ubi eos Synoditas Imperator appellat: videndus**

B  
Panci-



Pancirola 2. var. cap. 174. de quo gradu, & eius effectibus latè agunt Vicecomes volum. 3. de Missæ ritib. cap. 24. Antonius Augustinus in epit. lib. 8 tit. 8. Ambian. ad Tertull. de monog. cap. 12. observ. 3. Hallier. de sacris elect. 2. p. sect. 5. art. 2 §. 33. Gibalinus de clausura disquisit. 1. cap. 9. §. 1. Baronius in Martyrol. die 15. Julii. fol. 292. Saulay in panoph. cleric. lib. 4. cap. 4. Cellotius de hierarch. lib. 6. cap. 14. Clericus autem, de quo in præfenti textu, necessariò debet adesse, ut presbytero sacrificium Missæ celebranti ministret, & respondeat, cap. proposuit, de filiis Presbyt. Concil. Mogunt. celebratum anno 813. cap. 43. Parisiense sub Ludovico lib. 1. cap. 48. & in Concil. Moguntino anno 1549. Augustano anno 1548 can. 18. Eboracensi anno 1194. Statuitur, ne sine ministro Missæ sacrificium celebraretur; & Leo IV. in epist. per provincias missa, jubet ut nullus Missam cantet solus, ideoque in cap. placuit 1. q. 4. cap. illud 2. q. 1. cap. memo 9. de consecr. dist. 1. cap. cum sicut, de consecr. Eccl. docetur, ut Basilica non consecratur absque dote congrua ad alendos presbyterum, & ministros. An verò sacerdoti ministranti unum tantum, vel duo debeant adesse ministri, pro expositione textus in cap. hoc quoque de consecr. dist. 1. pertractant latè Petrus Gregorius lib. 1. partit. tit. 19. cap. 3. Landmeter. de veteri cleric. lib. 2. cap. 84. Suarez adversus Regem Angliæ lib. 2. cap. 6. & de sacram. q. 83. dist. 87. sect. 1. Espenceus in tract. de Missa publ. & privata. Corjolanus in chron. anno 175. Diana part. 10. tract. 15. resol. 16. Vicecomes de Missaribus volum. 3. lib. 1. cap. 13. Antonius Monchiac. 3. p. de sacrificio Missæ, cap. 30. Garcia in summa eod. tract. fol. 575. Pater Henao eod. tr. c.

5. (e) Cantet ] Licet enim prioribus Ecclesiæ sæculis omnes fideles utriusque sexus in Ecclesia psallerent, ut retuli supra in cap. 1. & fusè probat Vicecomes de Missæ ritibus volum. 3. lib. 1. cap. 30. cum sequent. tamen postea hoc tantum permittitur fuit clericis, laicis verò prohibitum Concil. Laodicensi can. 15. Carthag. 4. can. 10. ibi: Quod non oportet præter canonicos cantores, qui suggestum ascendunt: & qui ex membrana psallunt, aliquos alios canere in Ecclesia. Unde instituta fuit schola cantorum, de qua agunt Menardus ad sacram. D. Gregorii, fol. 62. Cironius ad ut. de offic. Primic. Corjolanus in chron. anno 53. n. 60. & anno 555. Mendoza q. 3. positiva, num. 2. P. Herrera de offic. divino cap. 15. Landmeter. lib. 2. de veteri mon. cap. 12. Grethler. in notis ad Codicum lib. 1. cap. 12. Serlogus tom. 3. in Cantica, pag. 447.

6. (f) Epistolam, & lectionem. ] Postquam ab Ecclesiæ Patribus statutum fuit, ut Diaconi in Ecclesia Evangelium legerent & Subdiaconi Epistolam, Concilio Arvernensi sub Leone III. & Carolo, anno 813. can. 4. ad lectorem spectavit

legere cæteras lectiones, cap. clericos, verb. Lectores, 21. dist. cap. perlectio, vers. Ad Lectores, 25. dist. excepto semper Evangelio. Unde in Concilio Carthagenensi 3. can. 2. statuitur, ut cum Lectores in Ecclesia legunt, populum non saluent. Plura de lectoris munere in Ecclesia congesterunt Vicecomes dicto volum. 3. lib. 1. cap. 26. Jodocus Coccius lib. 5. thesauri fidei cathol. art. 14. Spondanus in epit. Baronii, anno 253. num. 14. Menardus ad D. Gregorium, fol. 274. Cironius ad ut. de cleric. non resid. Ambianus ad Tertull. de fuga, cap. 11. obs. 2.

(g) Scholasticus tenere. ] Consonant capitulo 20. incertæ editionis, ibi: Presbyteri per villas & vicus scholas habeant; & si quilibet fidelium suos parvulos ad discendas literas eis commendare velit, eos suscipere & docere non rennent, sed cum summa charitate eos doceant. Quod delumptum est ex Theodulpho Aureliano. num. 20. supra num. 1. relato; erant enim olim in Ecclesia scholæ duplicis generis; aliæ in monasteriis, in episcopis aliæ. De his scholis agitur in Concilio Toletano 4. can. 23. Aquisgran. can. 72. ibi: Vis schola legentium puerorum fiant, ubi psalmos, notas, cantuum, computum, grammaticam per singula monasteria, vel episcopia discant. Quæ verba reperuntur lib. 11. capitul. Caroli, cap. 72. De monasticis scholis ita cavetur in Concil. Turon. 2. can. 14. Schola labore communi construat, ubi omnes jaceant, aut Abbate, aut Preposito gubernante, ut dum duo, vel tres vicissim legant, & excubent, alii consolentur. Non tamen scholæ istæ omnibus pueris patebant, sed tantum oblati, ut probant Gibalinus, de clausura disquisit. 1. cap. 2. §. 11. Benedictus Ephenus disquisit. monast. lib. 4. tract. 1. & in vita Sancti Benedicti cap. 45. fol. 1099. Scholæ, quæ in episcopis erant, aliæ in Ecclesiis Cathedralibus presbyteris deputabantur, de quibus agemus in cap. 1. de Magistris; aliæ assignatæ erant pueris, de quibus in Concilio Valentin. Galliæ ita cavetur can. 18. Divina quàm humana literatura, necnon & ecclesiastica cantilena, iuxta exemplum prædecessorum, Cabilon. 2. can. 3. & lib. 2. capitul. Caroli, can. 5. ibi: Scholæ sane ad filios, & ministros Ecclesiæ instruendos, vel edocendos, sicut nobis præterito tempore ad Avinacium promissus, & vobis in junximus in congruis locis, ubi necdum perfectum est, ad multorum utilitatem & profectum à vobis ordinari non negligantur. Concilio Moguntino sub Carolo Magno, cap. 45. Signum est, ut filios suos donent ad scholam, sive ad monasteria, sive foras presbyteris, ut fidem catholicam rectè discant, & orationem Dominicam. Reperitur capitul. lib. 5. cap. 95. De his agitur in præfenti textu, & in cap. 1. de celebrat. Missarum. Pluraque de illis congesterunt Lindembrogius in Glossario, verbo Schola. Gibalinus dicto cap. 2. §. 11. Filescus in cap. 15. §. 2. de offic. ordin. Cironius lib. 2. observ. cap. 7.



## CAPVT IV.

(a) Gregorius.

Siquis ex clericis comam relaxaverit, anathema fit.

## NOTÆ.

(2) Gregorius. Nonus legitur in sexta collectione, in prima autem legitur tantum Gregorius; sed legendum est Gregorius II. in Synodo Romana 1. ut habetur in cap. si quis ex clericis, dist. 23. Ipse enim Gregorius Nonus Aprilis, anno Domini 721. Concilium Romæ celebravit contra illicita connubia, in quo 17. canones edicti fuerunt; & in canone ultimo ita legitur: Si quis ex clericis comam relaxaverit, anathema fit; & responderunt omnes tertio, anathema fit: ut habetur in ipsis tomis Conciliorum, tom. 17. Regia editionis, fol. 379. & Baronio anno 721. & ex Gregorii decretis citantur hæc verba in Concilio Moguntin, sub Rabano, tempore Leonis IV. ibi: In decretis Gregorii Papa scriptum est, si quis ex clericis laxaverit comam, anathema fit, unde sanctimus, ut huiusmodi cogantur ad pristinum statum reverti.

## COMMENTARIUM.

EX hoc Synodi Romanæ canone sequens commuiter deditur disputanda assertio: Clericis comam nutrire non debent. Probat textus in cap. prohibete, cum sequent. 23. dist. Martinus Brachar. sua collectionis cap. 41. ibi: Non oportet clericos comam nutrire, & ministrare, cap. precipimus 21. q. 4. cap. Joannes, de clericis conjugatis, cap. unic. eod. tit. in 6. Clement. 2. hoc tit. Concilium Agathense sub Cælestino I. can. 20. Tolet. 4. can. 40. Mogunt. 2. can. 15. Aquisgran. 1. can. 1. Triburiense sub Arnulpho, can. 20. Stephanus II. Pontifex in respons. can. 18. ibi: Ut nullus clericus, aut monachus comam laxare presumat, aut anathema sit. Synodus Lingonienis, cujus canones collegit Ludovicus Cardinalis de Vatro anno 1404. ibi: Comam non nutriant clerici, seu crinibus magnos, aliqui possunt tondere per Archidiaconos. Concilium Toletan. 4. can. 41. Omnes Clerici, vel Lectores, sicut Levites, & Sacerdotes, de tonsura suspendi toto capite, inferius solum circuli coronam relinquunt, non sicut hucusque in Gallia partibus sacere Lectores videntur, qui prolixius, ut laici, comis, in solo capitis apice modicum circum tondent. Concilium Salisburgense sub Gregorio X. anno 1274. Edicto perpetuo prohibemus, ne clerici comam nutriant, maxime sacerdotes, qui taliter tondeantur, ut pateant eis aures, ceteri inferioris ordinis clerici in tonsura non multum discrepent ab eisdem. Barchinonense can. 6. Ut nullus clericus comam nutriat, aut barbam radat. Synodus Hibernica sub Leone Magno anno 456. ibi: Quicumque clericus ab hostiario neque ad sacerdotem sine tunica visus fuerit, & si non more Romano capilli eius tonsi D. D. Gonzalez in Decretal. Tom. III, Pars I.

sunt, ab Ecclesia separetur. Zacharias Pontifex in Concilio Romano, can. 8. Ut si ullus clericus, aut monachus comam laxare presumpserit, anathema sit. Concilium Oxoniense can. 23. tempore Honorii III. Et nec ipsi, nec alii clerici comam nutriant, sed honestè tonsi, & coronati incedant, nisi forte exegerit iusta causa habitum transformare. Salceburgense tempore Gregorii X. can. 11. Ravennat. tempore Honorii IV. Concilium Toletanum celebratum anno 1324. ibi: Quilibet etiam clericus barbam faciat sibi radi, quolibet saltem mense, nec crines deferat notabiliter infra aures. In legibus presbyterorum Nortumbrenium, quas collector Conciliorum majoris Britannia sub anno 988. reposuit, num. 34. ita legitur: Si presbyter barbam, vel comam radere neglexerit, compensato. Tridentinum sess. 23. de reformat. cap. 6. Sixtus V. constit. 92. Illustrant ultra congestos in præfenti à Barbosa & Garanna, idem Barbosa de iure Eccles. lib. 1. cap. 40. num. 13. & de potestate Episcopi alleg. 9. num. 10. Cujacius, Boëtius Epon. & Fabrotus ad hunc textum, Scortia in select. epist. 149. theorem. 381. Vivat. de veteri monach. lib. 2. cap. 10. Volduc. de Ecclesia post legem cap. 12. Spondanus in epi. Baroni anno 57. n. 20. & anno 58. num. 50. & 51. & anno 398. num. 13. Severinus Binius tom. 1. Concil. in notis ad Anicetum, P. Cresolius lib. 4. mystag. cap. 12. Cochiet in fac. hist. cent. 1. cap. 29. & cent. 2. cap. 82. Cabretos de meiu lib. 2. cap. 48. numero 128. I. Garcia in summa tract. 1. difficult. 2. Machado tom. 2. lib. 4. summa, p. 1. tract. 13. docum. 10. Marchinus de ordine, tract. 1. p. 1. cap. 5. Serlogus in Cantica tom. 3. cap. 5. vers. 2. vestig. 32. fol. 288. Zerda in Judith tom. 1. fol. 234. Saulay in panopl. cleric. p. 2. lib. 1. cap. 4. Hallierius in appendic. ad tract. de sacris elect. Villatroel, p. 1. de regim. Eccles. q. 10. arr. 6. fusè Theophilus tom. 13. in tract. Lam brev. cap. 9. innumeri apud Solorzanum tom. 2. de iure Ind. lib. 1. cap. 24. num. 32. Franciscus Florens in præfenti.

Hæc tamen assertio difficilis redditur sequenti juris consideratione; nam quælibet Traditur Domini nostri actio debet esse vitæ nostræ instructio. Clement. 1. de Magistris: sed Dominus noster Jesus Christus cæleriæ detulit, ut constat ex Lentulo Judaici populi Præsule apud Malonum in notis ad caput 3. Palesti Archiepiscopi, ubi Dominum nostrum ita depinxit: Capillos habens colore nunciæ avellana præmatura, & planos ferè neque ad aures; ab auribus verò concinnos, crispas, aliquantulum ceruleos, & fulgentiores, ob oculos ventilantes; discrimen habens in medium capitis, extra morem Nazæorum; frontem planam, & serenissimam, cum facie sine ruga. Refert P. Zerda in advers. cap. 100. num. 7. & Nicephorus Calixtus lib. 1.



lib. 1. cap. 40. ait: *Capitis capillos tulit prolixiores, novacula enim in caput ejus non ascendit.* Et de D. Jacobo legitur apud Pierium in *tract. de barb. Sacerdotum*, inter reliquas bene instituti illius animi dotes, id summam omnium confessione, quod nullo unquam tempore tonsorem admiserit: Ergo non recte Gregorius in praesenti prohibet clericis comam nutrire, contra factum Domini, & Sanctorum ejus. Augetur primò hæc dubitandi ratio ex eo, quia juri divino contrarium est, comam dimittere, & caput attondere. *Levit. cap. 19. vers. 27. ibi: Non attondebis in rotundum comam, nec radetis barbam.* Et cap. 21. v. 5. *Nec radent caput, nec barbam.* Numer. cap. 6. vers. 5. Et recte; nam comam nutrire, auctoritatis & gloriæ est. D. Ambrosius lib. 6. *Hexamer.* ubi ait: *Comam esse reverendam in femibus, venerabilem in Sacerdotibus, terribilem in bellatoribus, decoram in adolescentibus, comptam in mulieribus, dulcem in pueris: Tolle arboris comam, arbor ingrata est: tolle homini capillum, terra pulchritudo flaccidit.* D. Hieronymus in *Ezechielem cap. 5.* In *caesarie pulchritudinis*, & *virilitatis indicium est; quæ si radatur, scæda nuditas apparet.* Apuleius lib. 2. *Asini aurei*, ibi: *Si cuiuslibet eximia pulchritudinis caput capillo spolaveris, & faciem nativa specie nudaveris, licet illa caelo delecta, mari edita, sicutibus educata, licet inquam Venus ipsa fuerit, placere non potest, nec Vulcano suo.* Ovidius:

*Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus:*

*Et sine fronde frutex, & sine crine caput.*

Sineius in *encomio de calotte*; Statius lib. 1. *Aquil.*

--- Niveo natat ignis in ore

*Purpureo flavoque nitet coma gratior auro,*

Virgilius:

*Aurea fulgebat rosis aurora capillis.*

Et ita comam plures perpolitae nationes ulas fuisse constat. De Lacedæmoniis testatur Plutarchus in *Lysandr.* De Lusit. Alex. ab Alex. lib. 5. *genial. cap. 14.* De omnibus Hispanis in communi Cælius Rhodigin. lib. 18. *antiq. lectio. cap. 21.* De aliis idem probant Mendoza in 1. *Regum*, 7. 1. *num. 11.* Hottom & Junius in *tract. de barba & coma.* Bileciola lib. 7. *hor. succes. cap. 5.* Minus igitur recte Gregorius in praesenti comam nutrire clericis prohibet. Augetur secundò ex eo; nam comam radere, captivitatis servilis, ac ignominia signum fuisse invenio apud Ezechielem cap. 29. ibi: *Nabuchodonozor servire fecit servitute magna: omne caput decalvatum, & omnis humerus depilatus est.* Et lib. 2. *Reg. cap. 10. v. 4.* *Tulit itaque Amon servos David, rasiq; dimidiam partem barba eorum, & dimisit eos.* Et lib. 1. *Paralip. cap. 20.* Deuter. cap. 32. Unde Aristoteles dixit, comam esse libertatis argumentum. Et apud Aristophanem legitur: *Servus cum sis, comam nutris; & apud Martialem, qui ut quendam nuncuparet filium servi, dixit lib. 6. epigram. 64.*

--- Sed patris ad speculum tonfi.

Quin & criminum reos, & ad metallum damnatos, tondere ex Ulpiano colligitur in l. *vestem. 39. ff. de injuriis*, & ex novella 62. Iustin. 59. Leonis, & apud Isaiam ita comminatur Dominus c. 3. v. 17. *Decalvabit Dominus verticem siliarum Sion.* Et cap. 48. *Omne caput calvitium erit.* Ezechiel

cap. 7. Amos cap. 8. Illustrat latè Hurtado de martyrio per pest. digres. 5. membr. 3. & in legibus Wisigoth. lib. 1. tit. 4. ita cavetur: *Ad altorum terrorem centenis flagellis, & turpiter decalvati perenni infamia subjacent.* Et lib. 1. tit. 7. l. 7. tit. 2. cap. 335. & lib. 1. legum Longob. tit. 17. Tacitus de moribus German. *Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena presens, & maris permittit; ac scissis criminibus nudatam coram propinquis expellit domo maris.* Turonensis lib. 5. *hist. cap. 39.* Et graviter verberata, incidi comam eius capuis jubet. Juvéhalis satyra 5.

--- Pulsandum verticem raso

*Præbet quandoque caput, nec dura timebit Flagra pari.*

Idem refert Adamus lib. 5. *hist. Bremensis*, cap. 1. Unde omnis abrafio ignominiosa. Tertullianus de pallio cap. 4. Cicero pro Roscio, ibi: *Ne ipsum caput & supercilia penitus abrassa, olere malitiam, clamitare caliditatem videntur?* Et inferius: *Qui idcirco capite & supercilio semper est raso, ne utrum pilum boni viri habere discatur.* Quare apud Jeremiam cap. 9. vers. 25. Dominus comminatur, se visitaturum super omnes, qui attonsi sunt in comam, habitantes in desertis; & Baruch cap. 15. ubi Jeremias in epistola quam dirigit ad Judæos abductos exules in Babyloniâ proponit iis pudendos Idolorum face dotes habentes tunicas cistias, & capita, & barbam rasam. Accedit, nam comam dimittere, & radere, in luctu & magno mœrore habetur apud antiquos; qui in luctuosus, & acerbis casibus, atque in funeribus charorum, ut mœstiam demonstrarent, comam cum barda detondebant. Seneca de consolat. cap. 36. Herodotus in *Euterp.*

*Aspice dimissos lugentis de more capillos.*

Hieremias cap. 7. ibi: *Tonde capillum tuum, & projice, & jume directum plantatum.* Unde Job audita filiorum clade totondit capillos, cap. 1. Sed & Michæas cap. 1. ait: *Decalvare, & detondere super filios delinquentiarum tuarum: dilata calvitiem tuam, sicut aquila, quoniam captivi ducti sunt ex te.* Suetonius in *Caligula*, de morte Germanici cap. 4. ait: *Regulos quosdam barbam possuisse, & uxorum capita rasisse ad indicium maximi luctus.* Innumera congesserunt Cochier in *face hist. cap. 29.* Fornerius lib. 4. *ver. quotid. cap. 5.* Serlogus tom. 3. in *Cantica, vestig. 32. cap. 5. vers. 2. fol. 286.* Pineda & Sanchez in cap. 1. *Job, vers. 20.* Marcel. Donatus ad Suetonium, in *Cæsare cap. 67.* Cabreiros de metu lib. 2. cap. 48. Properus Stellatus de coronis cap. 8. Hurtado de vero martyrio, ubi proximè, Beyerlingk tom. 1. in theat. verbo *Abrafio*: & tom. 2. verbo *capilli*, & tom. 6. verbo *Pilius*. Philippus Camerarius com. 1. *horar. succes. cap. 36. & cent. 2. cap. 40.* Novatinus lib. 26. Schedas, cap. 29. immò ipsi morituri comam sicut alia ornamenta deponebant. Statius *extrem. 7.*

*Adeo jam rapida cursum stygis, utraque dicitis*

*Fluminatè geminus, quæ mali custodis hians:*

*Accipe commissum capiti decus, accipe lacros*

*Quos Erebo deserrenes.*

Virgilius lib. 4. *Aeneid.*

*Nondum illi flavum Proserpina vertice crimem*

*Abstu-*



*Absulerat; stygioque caput damnauerat Orco.*  
Et infra.

*Sic ait, & dextra crinem secat omnis, & una  
Dilatatus calor, atque inuentos vita recepit.*

Igitur si comam dimittere, luctum, atque mœrorem significat, ac maioris mali principium, cui clericus, qui honore, vestituque præfulgere debent, eam nutrire non possunt?

Quâ dubitandi ratione ita fulticitâ non obstant, vera est præfens assertio, pro cuius expositione sciendum est, nutrire comam omnibus etiam laicis natura ipsa prædocente turpe esse. D. Paulus I. Corinth. cap. 11. In hoc enim, ut ibi Sanctus Chryostomus ait, natura humano generi dedit providentiâ, ac subjectionis symbola, ideoque virum iussit rejectâ comâ libero, & aperto capite principatus signum præ se ferre, mulierem verò comam gestare voluit, veluti quoddam submissionis velamen, & servitutis in signum, cap. hec imago 13. 33. 5. Ovidius epist. 4. viros comatos ita detestatur.

*Sunt procul à nobis iuvenes ut femina compti.*  
Quare Virgilius lib. 12. Æneid. Æneam semivirum appellavit.

*Da sternere corpus  
Semiviri Phrygi, & cadere in pulvere crinus*

*Vibrato valido ferro, myrrhaque madentes.*

Hanc in tractandis criminibus mollitiem improbarunt Clemens Alexandrinus lib. 3. pedagog. c. 3. Seneca epist. 115. & 126. Horatius I. Carmin. Od. 15. Terullian. lib. 2. ad uxorem, ibi: *Quid, inquit, criminibus vestris quiescere non licet, modo subtrahit, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elapsi?* Seneca de brev. vita cap. 12. sic comatos describit: *Illum tu otiosum vocas, qui Corinthia paucorum furore pretiosa, anxia subtilitate concinnat, & maiorem diem partem eruginosis lamellis consumit; qui in ceromate (nam pro delictum, ne quidem Romani vitium laboramus) spectator puerorum rixantium sedet? Quid? illos otiosos vocas, quibus apud tonsorem multa hora transmittuntur, dum decerpitur si quid proxima nocte subcrevit; dum de singulis capillis in consiliis itur; dum aut discretâ coma refectitur, aut desiciunt hinc, atque hinc in fronte compelluntur? Quis est istorum, qui non malit rempublicam turbare, quam comam suam? Quis non sollicitus sit de capiti sui decore, quam de salute? Quis non compitor esse malit, quam honestior? Hoc tu otiosos vocas, inter pestilentem, & speculum occupatos? Nec omittendus est D. Ambrosius in lib. de virgin. lib. 3. ubi ait: *Noli proxima mea cincinnos corporaliū capillorum; non illa ornamenta, sed crimina sunt; lenocinia forma, non præcepta virtutis. Alios cincinnos Nazareus habet, quibus ferrum non ascendit, quos nemo præriat; qui non calamistris compositi, & arte digesti, sed multiplici crispante virtutum nitentium gratiâ resplendent.* Tandem audiamus Chrysim. ad Pollentium, qui in Arbitri Satyra ita ait: *Quid enim spectant flexa pectine comæ? quod facies medicamine attrita, & oculorum quoque mollis petulantia: quid incessus apud compositus, & ne vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia, nisi quod formam profuturas, ac vendas? Vides me? nec anguria noxi, nec mathematicorum caelum curare soleo; ex vultibus tamen hominum mores colligo.* Quare diligenter Patres Concil. Illiber. can. 67. prohibuerunt ne quæ fidelis, vel cathecumena, aut comatos, aut viros cinerarios habeat; D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. II, Pars I.*

ubi notavi. Plura congeserunt in comæ virilis detestationem Roa lib. 3. singular. cap. 15. Caranza en el abuso de los trages, D. Gutierrez Marques de Careaga in opuscul. contra las que-delas. Rectè ergo cum comam nutrire à Sanctis Patribus, etiam in laicis, ut turpe exofum sit, quanto magis in clericis, qui non vagis oculis, aut petulanti gestu, sed pudorem, & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostendere debent, ut agebat D. Ilidorus lib. 2. de offic. cap. 2. Talis abusus condemnatur, & comam nutriente excommunicationis mucrone feriuntur; nam quo plus honoris, & venerationis clericis debetur, eò gravius plectendi sunt illi, qui, ut ait Salvianus lib. 4. de gubern. Dei, per flagitia ac turpitudines suas nomen religionis infamant.

Deinde sciendum est, jam primis Ecclesiæ sæculis ejus ministros in album sacræ militiæ relatores comam deposuisse, & clericalem dignitatem per comæ tonsuram suscepisse: unde Arator epist. ad Parthenium, ait:

*Namque ego Romanâ caulis permixtus amœ-*

*nus*

*Ecclesiæ, tonso vertice factus ovis.*

Et in vita sancti Germani Episcopi Autisiodorensis, auctore Constantio presbytero, legitur: *Invocato nomine Domini casarium ejus capiti detrahens, habitu religionis, rejectis secularibus ornamentis, cum promotionis honore induit.* Gregorius Turon. lib. 3. hist. cap. 18. ibi: *Sibi manu propria capillos incidens, clericus factus est.* Et de vitis Patrum cap. 6. *Simpliciter Abbatem exorans, ut sibi comam capiti tondere dignaretur.* Et B. Gregorius lib. 7. epist. 112. ubi de his conqueritur, qui ex laicali statu ad clericatum repente convolarunt: *Tonsura accepta, seu potius arrepta, ait, hac quoque ad nos pervenisse non dissimili dignum contestatione complectimur, quod quidam desiderio honoris inflati tonsurantur, & sicut repente ex laicis sacerdotibus.* Inde etiam in formulis Marculfi lib. 1. n. 19. dum refertur præceptum Regis de clericatu, quo scilicet Rex licentiam nomini dandi clericali militia concessit, præfata comæ, & efformatæ tonsuræ mentio fit illis verbis: *Ille ad nostram veniens presentiam petiit Serenitati nostræ, ut ei licentiam tribuere deberemus, qualiter comam capitis sui ad usus clericatus deponere deberet; quod nos propter nomen Domini gratante animo præstitisse cognoscit. Præcipientes ergo jubemus, ut si memoratus ille de capite suo bene ingenuus esse videtur, & in puleitico (polyptico, id est, publicis rationibus, legit Pitheus ad titul. 26. legis Salic. & nos in cap. unico de oblig. ad ratior.) publico censuris non est, licentiam habeat comam capitis sui tonsurare, & ad superscriptam basilicam, vel monasterium deservire, vel pro nobis Domini misericordiam attentius exorare.* Norgerus Episcopus Leodiensis in vita S. Landoaldi ait: *Ab oratione surrexit, capitis comam sibi abscidendi fecit, clericatus adeptus honorem, omnem in clero gratiam, &c.* Et in sexta Synodo can. 33. expressè prohibetur quocumque sacerdotali ordine, vel ministerio fungi, nisi illi qui tonsuram sacerdotalem habuerit, & benedictionem à suo proprio pastore canonicè suscepit: Unde ex Apostolica traditione semper in Ecclesiâ observatum fuit, ut clerici tonsuram deferrent, juxta declarationem Aniceti in cap. prohibete 23. dist. ibi: *Uclerici iuxta Apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in*

Handwritten notes in the right margin, including the word "ECCLESIA" and other illegible characters.



modum sphaera radant. Et in libro Pontificali, num. 12. de Aniceto Pontifice ita legitur: *Hic consuevit, ut Clerus comam non nuriret secundum Apostoli preceptum, cap. duo sunt 7. 12. 9. 1. Quare coronati pro clericis ponuntur in l. 38. C. Theodos. de Episcopis & clericis*, ubi illustravit Gothofredus. Rem scribit miram Gregorius Turon. in vitis SS. Patrum. cap. 17. *S. Nicipius Episcopus ab ipso ortus sui tempore designatus est clericus; nam cum partu fuisset effusus, omne caput eius, ut est consuetudo nascentium infantium, a capillis quidem nudum cernebatur, in circuitu vero modicorum capillorum ordo apparuit, ut putaret ab iisdem coronam clerici fuisse signatam. Defendunt contra Novatores, praecipue Calvinum & eius affectas Saufay in panopl. cleric. lib. 1. per totum. Hallier de sacris elect. in appendice de tonsura, Carrier tom. 2. Digesti fidei, fol. 215. Mendoza q. 5. exponit fuisse Properus Stellarus lib. 3. de coronis & tonsuris, Baronius anno 58. num. 7. & 121. & anno 34. n. 293. Cresolius lib. 4. mystag. c. 12. sect. 3. Sixtus Senensis lib. 5. Bibi. annot. 2. 4. 4. Bellarminus lib. 2. de monachis, cap. 40. Jodocus Coccius tom. 2. thesauri, lib. 4. art. 8. Corjanus in breviario, anno 167. Yepes in chron. D. Benedicti, anno 523. cap. 4. Mathias Bredembachius lib. 4. Antiperapstus, cap. 23. Turrianus lib. 5. pro epist. Pontif. cap. 19. Christi. Lupus in can. 14. Synod. 7.*

6. Rationes vero, & significationes, tum morales, tum mysticas hujus tonsurae assignarunt Sancti Patres. D. Isidorus lib. 2. de eccles. offic. cap. 14. ad ritum Nazaraeorum fluxisse credit; erant enim Nazaraei inter Judaeos sanctitate vitae celebres, & austerioris instituti, seu propositi viri, ad tempus, vel in perpetuum consecrati; cujus consecrationis ritus refertur cap. 6. v. 18. Numer. his verbis: *Cum dies, quos ex voto decreverat, complebuntur, adducat eum ad ostium tabernaculi foederis, & offeret oblationem ejus Domino, &c. tunc raderetur Nazaraeus ad ostium tabernaculi foederis caesarie consecrationis suae; tolletque capillos ejus, ponetque super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum, &c.* Quamvis autem toto tempore Nazaraeatus, seu voti sui, caput Nazaraeus non attonderet, nec raderet, dicente Scriptura: *Omni tempore separationis suae novacula non transibit per caput ejus, usque ad completum diem, quo Domino consecratur. Sanctus erit, crescente caesariae capitis ejus: Attamen eo die, quo consecrari & perfici censebatur, caput solenniter attondebat, Judic. cap. 13. refert Josephus lib. 2. de bello Judaico, cap. 15. quam rationem amplexi fuerunt PP. Concilii Aquisgran. can. 1. Aliam adducunt Germanus Patriarcha Constantinop. in theoria rerum ecclesiast. Beda lib. 5. hist. cap. 22. P. Blefensis in cap. 1. Job, videlicet, in memoriam spinarum coronae Domini clericos capillos in formam coronae attonfos gestare; quam illustrant Saufay. p. 1. Panopl. cleric. lib. 3. Bulengerus lib. 1. opuscul. cap. 8. Cerda in advers. cap. 137. num. 5. Alii putant, hoc ritu moneri clericos, ut tanquam spirituales Reges coronam gestare meminerint; ita D. Isidorus dicto lib. 2. cap. 4. Rabanus Maurus lib. 2. de instit. cleric. cap. 1. Hugo à Sancto Victore lib. 2. de sacris, 3. p. cap. 1. Alii tandem in memoriam tonsurae Sancti Petri eundem ritum usitari credunt. Beda lib. 5. hist. cap. 22. ibi: *In Ecclesia, vel in universo hominum genere reperimus tonsuras; nullam magis sequendam, amplectendamque iure dixerim eam, quam in capite suo gestabat ille, cui se consicenti Dominus**

ait: *Tu es Petrus &c.* Et paulo post: *Nec ob id tantum in coronam attondemur, quia attonsus est Petrus, sed quia Petrus in memoriam Dominicae passionis ita attonsus est.* Germanus Patriarcha ubi supra, ibi: *Duplex corona circumposita capiti sacerdotis, ex capillorum significatione imaginem refert venerandae capitis Apostoli Petri, qui cum missus esset ad praedicationem Domini, & Magistris ei tonsa est ab eis, qui ejus sermonem non credebant, ut illuderetur ab ipsis; eique Magister Christus benedixit, & infamiam in honorem, illustrem in gloriam convertit, & posuit super capite ejus coronam, non ex lapidibus pretiosis, sed lapidem ex petra fidei ejus, fulgentem super aurum, topazion, & lapides pretiosos. Nec desunt mysticae rationes; duas refert Saufay d. lib. 3. prope finem. Etenus lib. 5. disquisit. monast. tract. 9. disquisit. 4. & 5. quas late illustrat Hurrado de vero martyrio, ubi supra, fol. 387. quibus non improprè addi potest alia ex veteri more adoptandi petita. Inter priores enim adoptionis ritus refertur per capillorum attonsiōnem adoptionem perfici. Paulus Diaconus lib. 6. de gestis Longob. cap. 53. Circa haec tempora Carolus Princeps Francorum Pipinum suum filium ad Luitprandum direxit, ut ejus iuxta morem capillum susciperet: qui ejus caesariam incidens, ei pater effectus est. Idem refert Aimonius de gestis Francorum lib. 4. cap. 57. Pepigerat autem fœdus presatus Princeps cum Luitprando Longobardorum Rege, eique filium suum Pipinum misit, ut more Christianorum fidelium ejus capillum primus attonderet. Atque ita Benedictum secundum Constantini IV. filios in suos recepisse, & veluti adoptasse videtur, cum mallones capillorum ab eis suscepit. Refert Anastasius Biblioth. in Benedictum II. observatum Merillus lib. 3. obs. cap. final. Sahabeda in chron. Goth. cap. 9. Serlogus tom. 3. in Cantica, fol. 286. Unde tonsura clericalis adoptionem in Christi familiam significat, ut per tonsuram in familiam Dei transeamus, & ad ejus hereditatem vocemur, tanquam speciales filii, juxta Isidorum in cap. Cleros, 21. dist. relatum.*

7. Nec obstat dubitandi ratio supra expensa, pro cuius solutione sciendum est, Hebraeos longam comam aluisse, ut late probant Pineda lib. 2. in Job, vers. 20. num. 11. Serlogus dicto tom. 3. fol. 287. Cochier in sacre hist. cont. 2. cap. 82. Unde Christus Dominus prolixiori utebatur comâ, ut quemadmodum in aliis rebus, in crisis quoque dispositione à communi provincia usu non discederet; quia tunc expediebat ab usu ordinario hominum Redemptorem nostrum non abhorere, ut observant Cresolius lib. 4. mystag. cap. 12. sect. 2. Serlogus tom. 3. in Cantica, cap. 5. vers. 32. fol. 299, quod & ex eadem ratione discipulum ejus B. Jacobum fecisse, facile credi potest. Nec obstant auctoritates sacrae paginae. Non prima deducta ex cap. 19. Levitici, in illis verbis: *Nec in rotundum attondebitis comam. Quem locum ita vertit Symmachus: Non circumtondebitis in circuitu aspectum capitis vestri.* Vatablus ita legit: *Non attondebitis in rotundum comam vestram, Aegyptiorum sacerdotum more.* Vixerant enim Israelitae haecenus inter Aegyptios, quorum morem hac in re imitarentur Levitae, hoc decreto voluit Deus praepedire. Praecidere ergo voluit Dominus in Judaeis talem ritum. Sunt alii qui respondent, hoc praecceptum fuisse caeremoniale, ut fuit circumcissio, & id genus



gentis alia; quæ post legem gratiæ mortua sunt, ut probavi in cap. *translatio, de constir.* Alii dicunt Dominum non tam morem attondendi caput in rotundum prohibuisse, quam pravam intentionem vetuisse; siquidem non absolute, ne hoc facerent, sed solum propter malum finem prohibuit, scilicet cultum dæmonis, propter quem ethnici id usurpabant, ut statim dicemus. Sed his omissis, genuinam interpretationem hujus loci planam, & expeditam viam sternit Helychius Episcopus Hierosolymitanus in comment. super *Leuitic. Tondere*, inquit, *comam in rotundum, non est comam abscindere, sed ornare.* Unde in editione LXX. Interpretum legitur: *Non facietis sicut ex coma vestra; id est, ornatum cincinnum.* Suidas enim sicut interpretatur, id est, capillum plicatum: Latini vocant capillitium calamistratum, sive calamistris in cincinnos reflexum. Quo in sensu ea voce utuntur D. Paulus 1. ad *Timotheum 2. vers. 9.* D. Petrus 1. *epist. 3. vers. 3.* Sua igitur versione Septuaginta innunt, prædicto capite 19. *Leuiticâ* Domino cincinnos tantum prohiberi. Ad stipulatur Codex Hebraeus, quem periti hujus linguæ allerunt, ad verbum expressè sic habere: *Non circinabit, non facietis rotundum, vel, non circinabit extremam capitis vestri.* Ratio hujus prohibitionis est, quia cincinnati, & calamistrati capilli signum sunt mollis, & effeminati animi, ut supra probavi. Nec obstat ejusdem libri caput 21. in illis verbis: *Non radent caput, neque barbam;* nam facile textus ille exponitur, si non mutilus, sed integer textus profertur; ita enim habetur: *Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur sacerdos in moribus civium suorum, nisi tanquam in sanguineis, & propinquis, id est super patre, & matre, & filio, & filia, fratre quoque, & sorore virgine: sed nec in Principe populi sui contaminabitur. Non radent caput, nec barbam, nec in carnibus suis facient inositas;* ut Gentiles videlicet facere solebant: si enim alioquin per se nefas esset capillos vel barbam radere, peccarent Nazarei, qui solemnè ritu à sacerdotibus radebantur, & capillos suos igne sacrificii cremandos ad ostium tabernaculi offererebant, *Numeror. cap. 6.* Peccavit etiam & Ezechiel, qui assumpto gladio, ductoque per caput & barbam, pilos suos rasit. *Ezechiel. cap. 5. vers. 1.* Quin & ipse peccavit vas electionis Paulus, qui caput suum torondit in Cenchris, *Actuum Apost. 18. vers. 18.* & cap. 21. 23. & 24. Non ergo prohibetur in sacro textu absolute raso capillorum, sed ea quæ sit luctus causa. Nec etiam obstat locus Hieremias d. cap. 9. ubi Dominus comminatur se visitaturum super omnes, qui attonsi sunt in comam: nam illis verbis Dominus non increpat comam attondentes, sed perstringit Judæorum luxum, qui Gentilium more comam in gyrum accurabant; non enim tonsuram Dominus damnat, quæ non luxus, sed modestiæ causâ geritur. Nec obstat caput ultimum prophetiæ Baruch, ubi Hieremias increpat Judæos habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam: nam sanctus Propheta rasuram damnat, non attonsiorem; nec absolute sacerdotes Babylonicos arguit, sed eo quod superstitiosè id faciebant in honorem fallorum numinum, ut constat ex textu serie; alias enim Paulum infimularet, qui cum Barnaba tunicam aliquando iusto dolore discidit, & barbam rasit

mytico ritu, cum delectis à se sociis. *Act. 11.* Locus superioribus haud absumilis est apud Ezechielem *cap. 44.* ubi Deus legem præscribens sacerdotibus suis diserte ait: *Caput autem suum non radent;* sed si addantur verba, quæ sequuntur immediatè, ex his planâ, & per via resultabit responsio; mox enim sequitur: *Neque comam nutriant, sed tondentes attondent capita sua.* Docuerunt D. Hieronymus in *Ezechielem lib. 13. cap. 42.* ibi: *Perpicue demonstratur, neque rasis capitibus, sicut sacerdotes, cultoresque Isidis, aut Serapidis, non esse eos oportere; nec rursus comam dimittere, quod proprie luxuriosum est, sicut cultores Isidis.* Moses Maimonides p. 3. cap. 37. ibi: *Propterea quod ita seradere, & tondere solebant sacerdotes idololatriæ.* Nec obstat augmentum deductum ex dicto loco D. Ambrosii, ex quo deducebamus, comam etiam in viris decoram esse; licet enim fateamur, capillos in hominum gloriam datos esse, ad eorumque exteriorem ornatum pertinere, & laicos moderatâ, non inordinatâ comâ uti posse, juxta D. Augustinum *serm. 1. Dominica post Pentecost.* ibi: *Habitus impudicus corporis sui in viris superflua, & inordinata capillatura;* & apud varias nationes gloriosum, immò publicum nobilitatis testimonium fuerit comam nutrire, ut probant de Romanis Hurtado de vero *Martyrio scilicet 36. digress. 5.* de Gothis Savarus ad *Sidon. lib. 1. epist. 2.* de Gallis P. Faber *lib. 3. semestr. cap. 20.* de aliis Zerdarom. 2. in *Virgil. lib. 1. Aneid. vers. 103.* & *lib. 7. vers. 659.* Alex. ab Alex. *lib. 5. genial. cap. 18.* Pineda de rebus *Salomonis lib. 6. cap. 4. 5. 3.* Mendoza *quest. 5. expos. num. 3.* Prosperus *Stellatus lib. 5. decoron. cap. 4.* Tamen clerici, qui vanos laicorum contemplant ornatus, hæc sæculi honores affectale videantur, vel in criminibus magnam ducere, quod mundi cultores adorant, comâ etiam à natura sibi datâ in Dei obsequium privari debent, ac Deo altissimo sacrificare; unde apud omnes ferè gentes observatum invenio, ut tonsura capillorum signum sit animi se Deo sacrificare volentis. Suetonius in *Nerone*, ait: *Nero barbam primam posuit conditam in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam Jovi Capitolino consecravit.* Athenienses Flaminibus capillum dicasse refert Plutarchus in vita *Thesei;* & Romæ fuisse Aram Deæ *Capillatæ* testatur *Plinius lib. 6. cap. 14.* eosque tanquam gratissimum munus vanis nutinibus crinem amputatum consecrassè, probat Pater *Serlogus dicit. vestig. 32.* Solebant itidem pagani simili proteris ritu, in sacrificiis summa pecudum capita abradere, ut *Virgilius* innuit *lib. 2. Aneid.*

*Dant fringes manibus falsas, & tempora ferro  
Summa notant pecudum, patensque altaria  
libant.*

Et *Homerus Iliad. 3.*

*Hic Rex Atreides cultum quem forte ferebat,  
Majoris gladii vagina in parte repositus  
Exemit, & pilos media de fronte rotellit.*

Plura congerit *Lindembrogus in notis ad Censor. lib. 1. cap. 7.* Nec obstat quod ultimo loco expendebamus, videlicet comam dimittere proprium esse reorum, & mœrentium: nam usus abscondendi comam non æquè apud omnes nationes invaluit, idemque fuit; immò potius in diversos penitus fines, & ob dissimiles omnino ritus gloriosum hoc aliis, aliis indecorum; jucundum iis, ingratum illis visum fuit: unde comam nutrire,



nutrire, & non deponere apud aliquas nationes gloriosum fuit; dimittere autem, & deponere tristissimum; contra verò apud alias gentes deponere, & tondere comam lætitiæ argumentum erat, ut probant Alex. ab Alex. lib. 1. dier. genial. cap. 16. & lib. 3. cap. 27. Hadrianus Jun. lib. 2. de coma, Lælius Bisciola lib. 7. horar. succes. cap. 5. Unde votum illud non dimittendi comam, vel barbam, nisi devictis hostibus; refert Paulus Vivamfridus de gestis Longobard. lib. 3. ibi; *Milia quoque Saxonum qui bello super fuerant, deoverunt, se neque barbam, nec capillos iacturos.* Notavit Jornandes in notis ad ipsa.

8.  
Exponitur  
Cap. si ve-  
rò 4. de sent.  
excom.

Ex supra traditis accipit lucem textus in cap. si verò 4. de sent. excom. ubi docetur, manus violentas inferentem in clericum comam nutrienteis, non incidere in excommunicationem latam in can. si quis suadente 17. quest. 4. quia comam nutrire alienum est à clericali statu: quare rectè Alexander III. ibi statuit, percutientem hujusmodi clericum; justam ignorantie causam habuisse; ob eamque exculari à prædicta excommunicatione docuerunt Covar. in cap. alma, 1. p. §. 10. num. 15. Azor lib. 5. instit. cap. 20. in fine,

Anguianus lib. 4. de legibus, controu. 4. Gibalinus de censur. fol. 235. & 464.

Deinde ex supra traditis exponendus est textus in can. 21. 6. Synodi, in illis verbis: *Qui Canonice intelligitur* *nicorum quidem criminum rei facti; & propterea* *Can. 21.* *perfecta, ac perpetua depositioni subiecti, in laicorum* *se. 21. Syno.* *locum detrusi sunt, si quidem ad conversionem sua* *di.* *sponte respicientes peccatum delent, propter quod à* *gratia exciderunt, & ab eo se penitus alienos efficiunt,* *clerici habere tondentur: sui autem non sua* *sponte hoc elegerint, comam sicut laici nutriant, ut po-* *te qui mandantem, seu sacralem conversationem* *vita celesti præposuerint.* In quibus verbis facile exprimitur, quam alienum sit ab statu clericali comam nutrire; siquidem in illis casibus, in quibus à Patribus Ecclesiæ ob graviora crimina clerici deponuntur, & ad laicalem statum rediguntur, jubetur, ut comam nutriant, quia in illis casibus potius ut laici, quam ut ministri Ecclesiæ incedunt; cum verò delicta ita graviora non sunt; nec depositionis penam merentur; & quia intra gradus Ecclesiasticos remanent; non debent tonsum deferre, ut notavit Ballamon ad 6. Synodum, in eo canone.

## CAPVT V.

### Ex Concilio (a) Carthaginensi.

Clericus nec comam nutriat, nec barbam.

#### NOTIÆ.

(a) *Carthaginensi.* Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 4. apud Ivonem p. 6. Decreti, cap. 265. Burchardum lib. 3. c. 164. addit cap. 44. sub quo numero reperiuntur verba hujus textus in ipso Concilio, sed non eodem modo: in editione enim Suii tom. 1. Concil. pag. 514. habetur: *Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat, vel tondat.* In Regia editione Parisiensi ita legitur: *Clericus nec comam nutriat, nec barbam:* Vaticanus codex, Victorinus ac Gadenus ita ferunt: *Clericus nec comam nutriat, neque barbam radat, ut testatur Saufay in Panoph. cleric. in appendice de barba, cap. 3. Sayanus ad Sidon. lib. 4. epist. 24. verbo Barba proluxa: In Concilio Barchinonensi, can. 1. auct. barbam radat.* Quæ tamen lectio constantior, congruentiorque sit provincie, ubi, & temporis, in quo celebratum fuit hoc Concilium, infra dicemus.

#### COMMENTARIUM.

2. *Barba* promittendæ, aut rescandæ ratio varia olim fuit, ac nunc est, multiplexque & diversa pro varietate nationum: varios usus referunt Lælius Bisciola lib. 7. hor. succes. cap. 5. Alex. ab Alex. lib. 1. dierum genial. cap. 16. & lib. 3. cap. 27. Cælius Rhodig. lib. 7. antiquit. lect. c. 13. Pierius Valer. in tract. pro barbis sacerdot. Hothomannus eod. tract. & lib. 1. obs. cap. 19. Sayanus ad Sidon. lib. 4. epist. 13. & 24. Bolquetus in not. ad Innoc. lib. 1. epist. 97. Melana ad D. Hieronymum, verbo Barba, Zorda in advers. cap. 154. D. Laurent. Ramirez de Prado in Pentecont.

cap. 25. Efronus tom. 1. diq. mens. lib. 5. tract. 9. diquis. 3. Hurtado de vero martyrio sect. 3. digref. 5. fol. 370. Saufay in Panoph. cleric. in appendice de barbis sacerdot. Theoph. Raynaud. tom. 13. in tr. laus brev. cap. 8. fol. 497. & quidem Græcos barbam promissam aluisse, & primò eam tondere solitos, mox rasisse, testis est D. Chysofost. in oratione prior. Tarfica 33. ibi: *Barbarum primum inventa est consura, & videbatur moderatum esse, ne valde promitterentur; nec nimium, sed leniter corrigeretur natura, videbatur multis frenum, deinde edebant: neque ad genus. Qui tondendi mos tempore Alexandri Magni initium habuit; ut Chrysofostus apud Athenæum lib. 13. cap. 6. refert ibi: Alexandri temporibus tondenda barba consuevit inoleuisse, avoque priore hoc fuisse inusitatum, cum ibidem ille Timotheus proluxa barba rictibus inflaret.* Probat perdoctus Ramirez ad cap. 25. Græci ergo comam, & barbam aluerunt; apud quos Philosophi præcipue barbati erant: unde Persius Socratem barbatum Magistram dixit satyr. 4. vers. 1.

*Barbatum hoc crede magistrum dicere.* Prudentius contra Symmachum lib. 1. barbatus dixit Sophistas.

*Multiplicis dux demon est, qui parte sinistra Centisidum confundit iter, trahit inde Sophistas Barbatos.*

Herodes Atticus apud Gellium lib. 9. cap. 2. ait: *Video barbato & pallium, Philosophum non video.* Lactantius de falsa sapient. cap. 24. Maximum uaq; argumentum est, Philosophiam neque sapientiam ostendere, neque ipsam esse sapientiam, quod mysteriorum ejus barbantium celebratur. Unde in hos barbatos facit Poëta Græcus Iust:

*Si promissa facit sapientem barba, quid obstat*  
*Barbarus possit quin caper esse, Plato?*

Hebræos



Hebræos promissâ barbâ incessisse colligitur ex Psalmo illo 133. ibi: *Sicut unguentum, quod descendit in barbam Aaron: & ex cap. 19. vers. 27. Exodi; c. 21. Levitici, vers. 5. ubi vetantur Levitæ barbâ radere. Hinc frequenter minæ Prophe-tarum de rasura barbæ, ut de pœna omnium lon-gè maxima. Isaias cap. 15. vers. 2. ibi: Moab ulula-uit, in cunctis capitibus ejus calvitium, & omnis bar-baradetur. Hieremias cap. 48. ideo in luctu, & merore barbâ evellabant. Esdras cap. 9. ibi: Cum audissem sermonem istum, scidi pallium meum, & unicum, & evelli capillos capitis mei, & barbâ, & sedi mœrens. Ezechiel cap. 5. Sume tibi gladium acutum, & auce per caput tuum, & barbâ. Ro-manos etiam à principio intonsos fuisse constat ex Juvenal. *Satyra 4.**

... Facile est barbato imponere Regi

Intonsos rigidum in frontem descendere canos.

Lucano lib. 1.

Passus erat, massamque genis succrescere bar-bam.

Sed quo tempore tadi, & tonderi illi cœperunt, non constat. Livius anno 369. ab Urbe C. ubi de Manilio Capitolino agit, ait: *Solium ipsum radere barbâ. Sed rejicitur ex Varrone lib. 2. de re rustica, cap. 11. & Plinio lib. 7. cap. 39. ibi: Ita Italiam ex Sicilia venire tonsores post Romam con-ditam anno 454. adducente Publio Licinio Mena, ut auctor est Varro; antea in tonsi fuerunt. Profeguuntur Lipsius ad lib. 14. annal. Taciti, Casau-bonus in notis ad Jul. Capitol. fol. 83. & in Othone cap. 11. Dorleaus ad Tacitum fol. 727. Camerarius cent. 1. horar. neces. cap. 36. & cent. 2. cap. 46.*

Sed ut ad mores Christianorum pervenia-mus, si de primavo eorum more sermo sit, non dubium est, quin Christus Dominus barbâ non raserit, ut probati in capite antecedenti; & ejus Vicarium D. Petrum barbâ aluisse, re-ferret Nicephorus lib. 1. cap. 40. ibi: *Petrus quidem, aut crassa corporis staturâ fuit, sed quæ aliquando esset erectior; facie subpalidâ & albâ admodum; capilli capitis, & barbâ crispâ, & densâ. De sancto Paulo Apostolo idem refert Nicephorus lib. 2. cap. 37. ibi: Barbâ densior, & satis promissa, eaque non minus quàm capitis coma, canis etiam respecta erat. Etiam vultus priorum Pontificum ima-gines barbâ, pilisque mento hærentibus in-signes cernuntur, Clementis videlicet, Evaristi, Alexandri, Telesphori, Dionysii, Sylvestri, Damiani, Gelasii, & aliorum usque ad Anice-tum, tom. 2. Bullarii, & apud Ciaconium; ab Aniceto tamen, & deinceps cœperunt Pontifi-ces, & Ecclesiæ Latine Episcopi, ac clerici bar-bam non solum tondere, verum & radere; & ita apud ipsos Cherubinum, & Ciaconium cenuntur icones Pontificum absque barbâ: & Gregorius VII. lib. 8. epist. 10. ad Orosorum judicem Caralitanum, ait, quod totius occidentalis Ec-clesiæ clerus barbâ radendi jam pridem morem tenuit: & in Gallicana Ecclesiâ morem hunc radendi barbâ viguisse testis est Sidonius lib. 4. epist. 13. ubi clericos coronâ decoros, & barbâ rasos fuisse commemorat his verbis: *Enim verò vestis astricâ, tensus coturnus, crinis in rota speci-men accisus, barbâ intra rugarum latebras mersa, ad cutem sectâ forcipibus. Unde Concilium Bitu-ricense in can. 7 tonsuram ecclesiasticam vocat, hoc est, barbâ rasam, & coronam in capite. De aliis Ecclesiis idem probat Othomanus de**

prius præscribitur de barbâ tondenda his verbis: *Quando primo clericis barbâ tondentur, decidebat Pontifice sedente cum mitra, antiphona Sicut ros Hermon; Psalmo 132. Ecce quàm bonum. Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c. Repetitur tota antipho-na, quâ finitâ Pontifex depositâ mitrâ surgit, & stans versus ad clericum dicit: Oremus, Deus cujus providentiâ omnis creatura crementis adulta congan-det, preces nostras super hunc famulum tuum juve-nilis ætatis decore lactantem, & primis auspiciis attondendum exaudi, ut in omnibus protectionis tua munus auxilio, avoque largiore proventus, cele-stem benedictionem accipiat, & presentis vite præ-sidius gaudet. Per D. N. G. Hæc eadem oratio reperitur in veteri Romano ordine, & in libro Sacrament. Sancti Gregorii; & ex euchologio seu rituali Græco refert. Saufay in *anopli. cleric. in append. de barbâ, cap. 2.* Eundem morem à Latinis receptum adstruunt Nicolaus Pontifex epist. 70. P. Damianus lib. 1. epist. 15. ibi: *Ecclesi-um planè quoque Rectores, quibus potissimum hu-mus vel cura debuisset incumbere, tanto mundana ver-tiginis quoti die rotantur impulsio, ut à secularibus barbâ rasura quidem dividat, sed actio non discernat.* Et inter leges Nortumbrensiùm, 34. est: *Si presbyter barbâ, vel comam radere neglexerit, compensato.* Græci verò barbâ nutriebant, nec tondentur; quo de more sibi invilo Græci ca-lumum struere ante annos fere 800. adversus Latnam Ecclesiâ non erubuerunt, ut constat ex epistola Nicolai I. ad Hincmarum, ubi cau-sam invidiæ, & odii Græcorum erga Latinos re-ferens, ait: *Quin & reprehendere satagunt, quia penes nos clerici barbâ radere suas non abnuunt.* Michaël Corularius P. C. in epist. ad P. Anuob. Patriarch. apud Baronium tom. 9. anno 1054. num. 33. ibi: *Quapropter illos Romanos omnino averari necesse est; & quæ quidem Judæorum more peragunt, talia sunt, ut error qui illis tribuitur de azymo, & quod suffocatum edunt, & barbâ radunt.* Christ. Lupus ad can. 8. Synod. Constant. column. 8.*

Cur autem diversa in his esset agendi ra-tio, causam assignat Baronius anno 58. quod in Oriente tam Judæi, quàm Græci barbati incede-derent, idemque Christianos inter ipsos de-gentes factitasse: in Occidente verò, & præfer-tum Romæ, cum ii, qui maturioris erant ætatis, tanquam quoddam nobilitatis insigne, ut refert A. Gel. lib. 3. not. cap. 4. radere barbâ consue-visset, Christiani Romæ agentes, ut à cæteris non distarent, abrasâ incedebant barbâ. Roma-norum autem consuetudinem imitatos esse cæte-ros orbis Occidentalis fideles jam supra probavi. Accedit, nam cum barbâ abrasio, aut nutritio, non sit à natura instituta, sed adiaphorum quid, & indifferens, tam Græci, quàm Latini pecu-liaribus rationibus moti potuerunt barbâ di-mittere, aut radere. Pro Græcis faciebat decoris ratio juxta D. Augustinum lib. 22. *de civit. Dei, cap. 24. ibi: Sunt verò quedam ita posita in corpo-re, ut tantummodo decorem habeant, non etiam usum; sicut habet pectus virile mamillas, sicut fa-cies barbâ; quam non esse munimento, sed virili or-namento, indicant pura facies feminarum, quas uti-que infirmiores viris, muniri tutius conveniret.* Ovi-dius lib. 13. *Metamorph.*

Plum atque volucres, ovibus sua lana decori est.

Barbâ viros, hirtaque decent in corpore seta.

Con-



Consentit Athenæus lib. 13. *dynosoph.* ubi refert, Diogenem dixisse cuidam habenti mentum ratum: Nunquid naturam accusas, quod te virum, non autem mulierem fecerit? Hinc etiam Divus Hieronymus in cap. 5. *Ezechielis*, ait: *Barba virilitatis indicium est.* Hac quoque de causa putat Pater Roa lib. 4. *singul. cap. 3.* hac voce, *barbam*, cum duplicatione utam fuisse Psalmistam *Psal.* 132. ibi: *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Et Artemidorus ait, filios tantum ornamenti patribus afferre, quantum ori barba decoris addit. Latini etiam in hoc ritu radendi barbam rationibus non destituuntur. Primum quia pilorum, & capillorum tonsio designat nos ad perfectionis summum pertingere. D. Gregorius lib. 2. *moral. cap. 3.* Secundò facit antiqua Ecclesiæ consuetudo; unde Gregorius VII. in *epist. ad Jacobum Cavalit.* jubet, ut clericos suos omnes barbam radere cogeret, idque ex majorum consuetudine. Itaque non est ratio, quare usum nutriendi barbam apud Græcos, aut radendi apud Latinos condemnemus; multa enim pro locorum, vel hominum diversitate variantur; nec tamen propter hoc ab Ecclesiæ Catholice pace, atque unitate aliquando discessum est, ut ait Firmilianus in *epist. ad Cyprianum*; & in proposito Ceolfridus in *epist. ad Naitantum R. pictorum*; ibi: *Verum si proficere nobis liberum est, quia tonsura discrimen non novat, quibus pura in Deum fides, & charitas in proximum sincera est, maxime cum nunquam Patribus catholicis, sicut de Pascha, vel fidei diversitate constitutus, ita etiam de tonsura differentia legatur aliqua esse controversia.* In Hispaniâ verò nostrâ Barchinonensi provincia rationem barbæ aliquando prohibitam fuisse, constat ex Concilio Barchinonensi *can. 3.* ibi: *Ut nullus clericus comam nutriat, aut barbam radat.*

Quibus ita animadvertis, si præfens canoni Concilii Carthagineus legatur, prout habetur in codicibus Vaticano, Sancti Victoris, & Gadenſi: *Neque barbam radat, refertur debet ad usum Orientalis Ecclesiæ; in qua mos inoleverat non radendi barbam; & si adhuc retineatur legitio Sicuti; Nec comam nutriat, nec barbam, sed radat, vel tondent;* aliter exponendus est, si prius observemus, canonem istum editum fuisse propter Eutycharum, & Massilianorum hæreticorum sectas; hi enim negantes, operandum esse manibus propriis, in tonsi prolixam comam, ac barbam alebant, ut testatur Epiphanius *heresi 80.* & sanctus Augustinus *de opere monach. cap. 31.* eos faceret describens inter alia ait: *Et in hoc, quod quosotam aperte contra præcepta Apostoli conari? an ita vacandum est, ut nec tonsoribus operentur? an, quia Evangelicis volucres imitari se dicunt, quasi depilari vident, ne volare non possint.* Unde Patres Concilii Carthag. statuerunt, barbam esse tondendam, etiam retentâ vulgari lectione, nec barbam

radant. Dicit potest, Ecclesiam nunquam prohibuisse tonsionem barbæ, sed eam nimis prolixam nutrire, aut ad cutem usque radere. Unde in *cap. clericus & hoc tit.* tantum jubetur tonsio comæ & barbæ; sed mediocrem barbam esse alendam dicitur, quod ad imitationem Christi Domini, & ejus Vicarii B. Petri plures R. E. Præfules fecisse, refert Saufay in *panopl. sacerdot. cap. 3.* De mediocri barba, & hanc mediocritatem barbæ esse observandam, statutum legimus in Concilio Mediolan. sub Sancto Carolo, anno 1563, sub titulo, *de clericorum vestitu*, ibi: *Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, ceterique clerici clericali tonsurâ sint insigniti ad formam, quam ratio uniuscujusque ordinis Episcopi arbitrio postulabit; ita sint abrâsi capilli, ut tonsura conspicua sit omnibus; comam verò & barbam ne studiosè nutriant; capillis simplicem cultum adhibeant; barba ita à superiori labro recidatur, ut pili in sacrificio Missæ Christi Domini corpus & sanguinem sumentem non impediant.* Rhotomag. anno 1581. à Cardinali de Borbonio celebrato, ibi: *Omnes ut redocemus ad modestiam, hortamur, & præcipimus, ut tonsuram in capite, & coronam habeant suis ordinibus congruentem, & honestè rasam; nec barbam aland ministerio altaris indecoram.* Rhemenſi habito à Ludovico Cardinali à Guisfia anno 1583. *tit. de Clericis*, ibi: *Ut à superiore labro ob sacra communionis reverentiam barbam tondent, vel radant; infra verò gerant clericali modestie congruentem.* Synodo Aquisi sub Alexandro Archiepiscopo, *tit. de vit. & honest. cleric.* Comam & barbam ne studiosè nutriant; capillis simplicem cultum adhibeant. Presbyteri barbam habeant ad superius labrum ita incisam, ut sumentibus Christi sanguinem nullum afferat impedimentum, atque tam ipsi, quam reliqui omnes ab omni parte nullo pacto pilos intortos, aut mento in acutum incisos, productosve, more nutriant militari. Sic & Synodus Burdigalensis anno 1624. convocata à Francisco Cardinale de Sourdis, illius Sedis Archiepiscopo, eodem titulo *de vita & honest. cleric.* num. 4. *cap. 13.* cavet: *Omnibus Ecclesiasticis nostræ provincie, cuiuscumque dignitatis, status, & conditionis existant, injungimus, ut iis vestimentis, quæ ab ultimo provinciali sibi præscribantur, incedant induti, coronam clericalem gestantes, ne sit præterea illis capillatura impariter attonsa, non superioris labii barba arte elaborata assurgat.* Referunt Saufay in *d. appond. cap. final.* Corjolanus in *addit. ad summam.* Quam barbæ mediocritatem observant Hispaniæ nostræ tam Episcopi, quam clerici, juxta prædictas canonicas sanctiones: in aliis verò provinciis aliter observari reperio à sacerdotibus, quorum ut jura non excutimus, ita varios usus, quos sectantur, non impetimus; imò illæos cuique manere petopiamus, cum Prætor ultro proficentes, *Ut possidentis, ita possideatis.*



## CAPVT VI.

## Ex Concilio (a) Triburien.

Clericus, si tonsurâ dimissâ uxorem acceperit, qui quidem sit sine (b) gradu, nec (c) monasterio à parentibus traditus, uxorem permittatur habere, & iterum (d) tondetur, nec in vita sua uxorem dimittere audeat.

## NOTÆ.

(a) **Triburien.** Ex eodem Concilio citantur hæc verba in prima collectione, sub hoc tit. cap. 6. & sub tit. de Apostatis, cap. 1. & à Burcardo lib. 8. Decreti, cap. 97. Carnotensi p. 7. cap. 115. & ita apud eos habetur: Clericus, si tonsurâ dimissâ uxorem acceperit, qui quidem sit sine gradu, nec ad monasterium aliquod à parentibus traditus, si uxorem habere permittitur, iterum tonderi cogatur, nec in vita sua tonsuram negligere audeat. Quem autem progeneros ad monasterium tradiderunt, & in Ecclesia ceperit cantare, & legere, nec monasterium deserere poterit; sed si discesserit, reuocatur; si tonsuram dimiserit, rursum tondetur; uxorem si usurpauerit, dimittere compellatur. Quæ ultima verba, quæ hic omittuntur, ex eodem Concilio à Gratiano citantur in cap. quicumque 4. 20. quæst. 1. sed non reperitur in Concilio Triburien. jam notarunt Antonius Augustinus & Boëtius Epon. in præfati. Credo tamen Decretistas sententiam huius textus, licet non per eadem verba, deprompsisse ex canone 27. ipsius Concilii Tribur. ubi ita Patres sanxerunt: In synodo Chalcedonensi, c. 7. statutum est, ut clerici, qui semel in clero deputati sunt, neque ad militiam, neque ad aliquam veniant dignitatem mundanam. Et hoc tentantes, & penitentiam non agentes, quominus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari: nos autem eandem sequentes canonicam auctoritatem statimus, ut clericus ecclesiasticæ nutritus in Ecclesia coram populo, vel cantans, si postmodum relicto clericatus habitu à castris Dominicis, quibus adscriptus est, profugus, & apostata elabatur, & ad saculum redeat, ab Episcopo canonicè coercatur, ut ad sinum matris Ecclesiæ reuertatur. Quod si in hac indisciplinatione perdarat, ut comam nutriat, constringatur, ut iterum detondeatur, & postea nec uxorem accipiat, nec sacrum ordinem attingat. Si verò huic huius sancti Concilii relictæ veritatis diffinitioni, secundum præfinitam Chalcedonensis Concilii constitutionem anathematizetur. Sanctus Isidorus tales hippocentauris dicit esse similes, qui nec equi, nec homines, atque quasi bruta animalia, libertate, ac desiderio suo feruntur. Unde huius textus magna est difficultas, tum ob eius litteræ corruptionem, tum ob sententiam, quæ congruum sensum recipere non valet.

(b) **Sine gradu.** Sacro interpretantur Glossa, & communiter Doctores hic, quos sequuntur Covar. in cap. 9. de testam. num. 4. Boëtius Epon. in præfati; ita, ut minoribus ordinibus initiati, qui sine gradu sacro sunt, possint tonsuram dimittere, & uxorem ducere, juxta ea quæ dabitur in cap. 1. de clericis coniug. constituti verò in gradu sacro nequeant ad nuptias transire, quia in gradu sacro sunt. Sed licet vera sit, & ca-

tholica hæc doctrina, vereor tamen ne aliena sit à disciplina Ecclesiastica sæculi Concilii Tribur. & à suprâ relato, in illis verbis: *Legens, vel cantans*; ubi clericis in minoribus gradibus constitutis jus connubii denegatur. Facit etiam quominus placeat prædicta communis sententia, quòd olim clerici tantum lectores in gradu dicebantur esse, ut in legibus Aleman. tit. 16. ibi: *Si autem clericus, qui in gradu, in Ecclesia publicè lectionem recitat, vel graduale, vel alleluia coram Episcopo in publico cantauerit, aliquam iniuriam passus fuerit, sicut superius diximus, compunatur.* Et lib. 7. Capitul. cap. 309. ibi: *Clerici cuiuslibet gradus, in quibuscunque locis ordinati fuerint ministri, ad eadem loca pertineant.* Unde existimo Patres in præfati tantum agere de clerico primæ tonsuræ, licet sine gradu, ut probavi in cap. cum contingat, de etate & qual. & illi tantum permittunt Patres uxorem ductam retinere, quia in gradu non erat; si autem in gradu esset à parentibus Ecclesiæ, vel monasterio oblati, & in eo gradu cœpisset legere, aut cantare, tunc illi non licebat uxorem retinere, d. can. 27. Concil. Tribur. non quia gradus ille Lectoris, vel Cantoris impediret, aut irritaret matrimonium à clericis in minoribus gradibus constitutis contractum, sed propter oblationem factam à parentibus Ecclesiæ, aut monasterio; talis enim oblatio illis prioribus Ecclesiæ sæculis filios verè constituebat clericos, aut efficiebat monachos, ut latius dicemus in cap. cum sumus, de regul. & ita nullo modo accipias textum hunc generaliter de omnibus clericis in minoribus ordinibus constitutis, sed de clericis in eis gradibus interuentibus virtute oblationis paternæ, qui uxorem ducere non poterant, ex d. can. 27.

(c) **Monasterio.** Juxta adducenda in dicto cap. cum sumus, ex cuius commentatio, & textus in cap. 1. de cleric. coniug. præfens petendum est.

(d) **Iterum tondetur.** Mirantur non immeritò multi, cur clericus conjugatus hic jubeatur iterum tonderi, cum in cap. Joannes, de cleric. coniug. cap. unic. eod. tit. in 6. conjugatis potius tonsura prohiberi videatur. Boëtius Epon. in præfati textum hunc accipit eo casu, quo clericus conjugatus beneficium retinet, & stipendiis Ecclesiæ sustentatur, ut in cap. unic. de cleric. coniug. in 6. cap. unic. de bigamis, eod. libro. Sed temporum series interpretationem hanc non admittit; quare facilius textus hic accipitur, si de prædictis oblati textum exponamus; Illi enim, cum virtute oblationis veri clerici constituerentur, ideò, si de facto contraxerint matrimonium, debent separari, & iterum tonderi, ut sic restituantur pristino gradui.



## CAPVT VII.

(a) Alex. III. *Cantuariensi Archiepiscopo.*

**C**lericus. (b) *Et infra*: Clerici, qui comam nutriunt, & barbam, etiam inuiti à suis (c) Archidiaconis tondentur.

## NOT Æ.

i. (a) **A**lexander III.] Ita legitur in 1. collect. *sub tit. ne cleric. vel monach. c. 6. & in cap. clericus, eod. tit. in hac collect.* & post Concil. Lateran. p. 27. cap. 4. Sed constat textum hunc prout jacet in his locis, esse compositum ex diversis Conciliorum canonibus; verba autem, quæ hinc referuntur, extant in Concil. Agathensi celebrato anno 430. can. 20. & referuntur à Gratiano in cap. clericus qui comam, 23. dist. & in capitul. Caroli lib. 7. cap. 165. ibi: *Simili modo decretum est, ut clerici qui comam nutriunt, ab Archidiacono; etiamsi noluerint, inuiti tondentur.* In presenti tamen Raymundus adiecit ea verba: *Et barbam*; ut coherentia præcedentibus canonibus, quæ non extant in ipso Concilio Agathensi.

(b) *Et infra.*] Integra clausula reperitur in cap. clericus 6. in tit. ne clericus, vel monachi, in prima collectione.

(c) *Archidiaconus.*] Qui juxta consuetudines Galliarum, & aliarum provinciarum jurisdictionem exercent, ut probavi in cap. 5. de offic. Archid. non tamen hæc verba absolute, & indistincte accipit Hallierus de hierarch. eccles. lib. 4. artic. 2. fol. 864. ita ut presbyteri etiam comprehendantur, sed tantum clerici Diaconis inferiores: cui perdocto viro ut non consentiam, movet, quod Archidiaconis etiam correctio presbyterorum olim competeat Concil. Altitod. can. 20. ibi: *Quod si Presbyter (quod nefas est dicere) aut Diaconus; aut Subdiaconus post acceptam benedictionem infantis procreaverit, aut adulterium commiserit, & Archipresbyter hoc Episcopo, aut Archidiacono non intima verit, integro anno non communicet.* Probavi in cap. 2. & 5. de offic. Archid. Unde præfenti constitutione; tam clerici in minoribus, quam in majoribus gradibus constituti comprehenduntur.

## CAPVT VIII.

Idem in Concilio (a) Lateran.

**M**onasteria Sanctimonialium si quisquam clericus sine manifesta, & rationabili causa frequentare præsumperit, per Episcopum atceatur, & si non destiterit, ab officio Ecclesiastico reddatur immunis; si laici, excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni.

## NOT Æ.

i. (a) **L**ateran.] Cap. 11. ubi habentur verba in presenti compilata; sed integrum canonem referam, ut agnoscamus quæ immutata, vel addita sint à Raymundo, qui textum hunc transcripsit ex prima collectione, ubi *sub hoc tit. cap. 8.* reperitur: in dicto autem canone Concilii ita legitur: [Clerici in sacris Ordinibus constituti, qui mulierculas suas in domibus suis incontinentiæ notâ tenuerint, ut abiciant eas, & continenter vivant, aut ab officio, & beneficio Ecclesiastico fiant alieni. Quicumque in incontinentia illa, quæ contra naturam est, propter quam venit ira Dei in filios diffidentiarum, & quinque civitates igne consumpsit, deprehensus fuerint laborare, si clerici fuerint, ejiciantur à Clero, vel ad penitentiam agendam in monasteriis detrudantur; si laici, excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant protus alieni. Monasteria præterea sanctimonialium si quisquam clericus sine manifesta, & necessaria causa frequentare præsumperit, per Episcopum atceatur; & si non destiterit, à beneficio Ecclesiastico reddatur immunis.] Unde apparet, in ipso Concilio actum non fuisse de laicis monasteria sanctimonialium ingredientibus; compilatores autem primæ, & hujus sextæ colle-

ctionis, quæ de laicis incontinentibus cum masculis Patres statuerant, & reperiuntur in cap. clericus, de excess. Pralat. ad ingredients monasteria porregerunt, & transmutarunt verba illa: *Si laici, excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni.* Deinde cum in Concilio tantum pœna privationis beneficii statuta esset adversus clericos monasteria frequenter ingredientiæ, compilatores pro illa pœna depositionem ab officio reponere; tandem pro illis verbis: *Manifesta causa*; transcripserunt, *Rationabilis causa.* De hoc Concilio Lateran. & ejus historia aliqua retuli in cap. 7. de elect.

## COMMENTARIUM.

**E**X hoc textu sequens communiter deducitur disputanda assertio: *Clerici frequenter adiuventes monasteria Sanctimonialium, si moniti non desistant, deponuntur.* Probant eam textus in cap. ad reatum 33. 81. dist. cap. cleri 32. ead. dist. cap. diffinitus 18. quæst. 2. Concil. Hispal. 2. can. 2. cap. periculoso, de statu regul. lib. 6. Concil. Tolet. 4. can. 6. Tarracon. can. 1. Epauinense can. 38. Arelat. sub Carolo can. 7. Matiscon. cap. 2. Nullus Episcopus, Presbyter, Diaconus, Clericus vel quicumque Sacellarius in monasteriis puellarum, nisi probata vita, & ætate provecta, propter utilitatem aut



aut pro quacunque reparatione monasterii, in quacunque eorum necessitate habitare, aut secretas colloquutiones habere presumat. Cabillonense sub Carolo can. 55. ibi: *Abbatissa cum viri clericis, sive laicis, horis incompetentibus non loquatur, sed quicquid cum masculis clericis, sive laicis de rebus necessariis peragere debet, à prima hora usque ad vesperam peragat.* Et can. 56. & 60. ibi: *Non debere presbyteros amplius in monasterio puellarum immorari, nisi donec Missarum solemniam, aut aliquid ibi de Dei servitio, & suo monasterio expleant.* Et can. 63. *Nullus vixus Abbatissa, nec minister aliquis, nec clericus, nec laici claustra ancillarum Dei ingredietur.* Tuton. sub Carolo can. 29. *Ne presbyteri, Diaconi, ceterique clerici intrent puellarum monasteria, nisi tempore, quo Missarum solemniam celebranda sunt, vel alia qualibet ecclesiastica officia peragenda; quibus peractis, statim egrediantur, neque ibi postea aliquam moram faciant.* Magunt. can. 26. *Presbyteris per monasteria puellarum opportunum tempore liceat Missarum solemniam celebrare, & iterum ad proprias Ecclesias redire.* Concil. Herbipolense tempore Honorii IV. Forojulien. sub Hadriano can. 13. *De monasteria puellarum, que sub disciplina regula degunt, obstrictis munitis claustris nulli pateant aditui virorum; sed neque presbyteri, neque Diaconi, vel quilibet de Clero, vel etiam Archimandrita, quasi visitationis, vel predicationis causa sine permisso Episcopi civitatis sibi licentiam tribuat inveniunt.* Trident. sess. 25. de regul. cap. 5. Pius V. in constitutione qua incipit, *Circa pastorem.* Gregorius XIII. & Paulus V. in constitutione qua incipit, *Monialium statui.* Illustrant ultra congestos in presentia Barbola de iure eccles. lib. 1. cap. 44. Sanchez lib. 6. summa, disputat. 15. Antonius Augustinus in epit. jur. lib. 9. tit. 19. & 22. Petrus Gregorius de re publica lib. 13. cap. 29. numer. 2. Scortia in sect. 92. theorem. 227. Tamburin de iure Abbat. tom. 2. disp. 14. q. 10. & de iure Abbatiss. disp. 25. q. 1. Suarez de censur. disp. 22. sect. 1. Bruno Chalfang. de privi. regul. tract. 4. cap. 16. propof. 11. Gibalinus in synop. censur. verbo *Claustrum*, & de claustrum regul. cap. 1. §. 3. Acuña in cap. referendam, 81. disp. Filescus in cap. 17. de offic. ordin. Boëtius Epon. & Cujacius in presentis, Diana p. 11. tract. 8. resol. 25. Hieronymus Garcia tom. 2. polit. regul. tract. 13. difficult. 1. dub. 3. punct. 2. Aratjo tract. 3. quest. 27. moral. D. Joannes Colmenero Complut. Professor in repet. ad hunc textum, Theophilus tom. 12. de frequen. mulier. fol. 288. Franc. Florens in presentis.

Sed adversus hanc assertionem sic argumentor: Non solum licet clericis, & monachis sanctimonialium monasteria frequenter adire, verum & cum eis simul cohabitare: unde monasteria duplicia primis Ecclesie saculis erant, in quibus simul monachi, & sanctimonialia habitabant, & ad psallendum in eodem choro conveniebant. Synodus Rom. sub Innoc. II. can. 27. refert Amb. Morales lib. 14. hist. Hispan. cap. 7. & nullibi repetiri virorum monasteria, quin simul essent puellarum, probat Yepes in Chron. Dni Benedicti, cent. 5. anno Christi 943. in quibus monasteriis duplicibus, duplex regiminis forma erat; D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

aliquando enim fœminæ viris, aliquando contra viri fœminis erant subjecti; sancta enim Hildegardis cum aliis sociis in Monte Sancti Disibodi, ubi erat monachorum cœnobium, Abbatissæ subfuerunt; è contra verò in Ordine Fontis Ebraldi viri religiosi æquè ac moniales Abbatissæ suberant, ut ex Baronio, & Mireo refert Estrenus lib. 1. *disquisit. monast. tract. 1. disquisit. 5.* & in nostra Hispania monachos alicubi cum monialibus degentes Abbatissæ subjectos fuisse, refert Yepes ubi supra anno 537. & in antiqua charta monasterii sancti Juliani de Pedernales, quod erat sanctimonialium, hæc habentur verba: *Hospitiæ Abbatissæ regente ibidem monachorum cateram, &c.* Et Heraclides in paradiso, cap. 29. scribit, se Romæ novisse *Assellam Christi virginem, monachorum curam illic gerentem, ubi viros etiam cum coniugibus suis vidi, monachorum eo tempore viros, & instituta ducentes.* Ergo licet clericis, & monachis monialium monasteria adire. Augetur hæc difficultas ex eo; nam ingressus in monasterio puellarum non est prohibitus illis, qui castitatis prepositum servant, & religiosæ conversationis sunt. Concil. Epau. can. 38. ibi: *Monasteria puellarum, non nisi probata vita, & ætatis provecta, ad quascunque earum necessitates, vel ministraciones, laici permittantur intrare.* Concil. Arelat. sub Carolo can. 7. & ex eis Martinus Bracharen. in sua collectione, can. 32. ita ait: *Religiosis fœminis laicorum alienorum familiaritatem, & consortium prohibemus, eorum videlicet, qui nec Dei timorem subiecti, nec continentia retinent disciplinam.* Sed clerici & recte conversationis sunt, & castitatis propositum servare promiserunt. Igitur illis non debet sub depositionis pœnâ prohiberi aditus ad monasteria sanctimonialium.

Quâ difficultate ita falcitâ non obstante, vera est presentis assertio; pro cuius expositione sciendum est, quòd, licet claustrum monialium, tam quod egressum ipsarum, quam quod ingressum aliorum intra monasteria, non sit à jure divino statuta, ut probant Gibalinus de claustr. cap. 1. §. 1. Hieronymus Garcia ubi proxime; fuit tamen indicta ab Ecclesia jam illius primis temporibus. Cæsarius in sua regula, num. 36. quam à Baronio desideratam ex Bollandò refert Gibalinus ubi proxime, in hæc verba; *Ante omnia, ac propter custodiendam famam vestram, in secreta parte monasterii, & in oratoriis, exceptis Episcopis, Provifore, & Presbytero, Diacono, & Subdiacono, & uno vel duobus Lectoribus, quos & ætas, & vita commendat, qui aliquoties Missas facere debeant, nullus introeat. Cùm verò aut recta retractanda sunt, aut ostia, vel fenestrae sunt componenda, aut aliquid huiusmodi reparandum, artifices tantum, & servi ad operandum, si necessitas exegerit, cum provifore introeant; sed nec ipsi sine scientia, aut permissione Matris: ipse verò provifor in interiorem partem, nisi pro utilitatibus quas supra comprehendimus, nunquam introeat, & nunquam, aut difficile sine Abbatissa, aut alia honestissima reisse, ut sancta sorores secretum usum, sicut docet, & expedit, habeant.* Eadem paucioribus verbis sua diffinitione comprehendit Concil. Epauense cap. 38. *Monasteria puellarum*

4.  
De claustrum  
ra monialium.

non







in monasteria mulierum, nec seminarum  
cadavera intra virorum monasteria sepultura  
mandentur, ne pietatis, & sanctitatis prætex-  
tu hanc inhonestatē, & indecoratē congressio-  
nes. Etiam ad prætextum pietatis pertinebat  
communitas epulæ chori, quæ alicubi erat  
in usu; quare Innocent. II. in Synodo Roma-  
na ita statuit: *Prohibemus, ne Sanctimoniales  
simul cum Canonicis, sive Monachis in Ecclesia  
in uno choro conveniant ad psallendum. Et quia  
prætextu alendi ipsas Sanctimoniales fre-  
quens accessus ad eas dabatur, ideo in Con-  
cilio Carthag. 4. can. 102. ita cautum fuit:  
Ad reatum Episcopi pertinet, vel Presbyteris,  
quæ Parochia præstet, si sustentanda vita præ-  
sentis causâ, adolescentiores viduas, vel sancti-  
moniales clericorum familiaritatibus subiciantur.  
Tandem obtendebatur frequens hic accessus  
ob gubernationem monasteriorum, sive quo-  
ad rerum temporalium administrationem, si-  
ve quoad vitæ regularis institutionem; qua-  
re ne hujus necessitatis, seu pietatis causâ  
talis familiaritas obreperet, Concil. Hispa-  
lense I. can. 17. rejecit eam istam in mo-  
nachos, his verbis: *Monasteria in provin-  
cia Betica monachorum administratione, ac præ-  
sido gubernentur; tunc enim salubria Christo di-  
cuntur virginibus providemus, quando eis P. P. spi-  
rituales legimus, quorum ipse possunt gubernaculis  
lucris, constituunt, ut unus monachorum proba-  
tissimus eligatur, cuius cura sit prædus earum res-  
fectu, vel urbanis intendere, fabricas extruere,  
& si quid aliud est ad necessitatem mona-  
sterii prædicere; ad Christi famulâ pro animâ  
sua utilitate tantum sollicitus, solis divinis cal-  
ibus vivat, operibusque suis inseruiat. Ad-  
dunt vestes suppeditandas esse ad virginibus,  
eis, à quibus tuitionem expectant. Ut verò  
occurreret familiaritati, quæ ex admini-  
stratione ejusmodi nasci potuisset, cavent  
ut monachi ab earum familiaritate remoti,  
nec usque ad vestibulum habeant acceden-  
di familiare permillum. Facit P. Abelardus  
epist. 8. ibi: *Monachos, & eorum conversos mo-  
re Apostolorum, & Diaconorum, in via quæ  
ad exteriorem pertinenturam, monasterii se-  
minarum providere: quibus maxime propter Mis-  
sas necessarij sunt monachi; propter opera verò  
conversi.***

Sed quia aliquando justa causa aderat, ob  
quam accessus ad ipsas sanctimoniales lice-  
ret, statutum fuit ut presbyteri cum licen-  
tia Episcopi, & Præpositæ monasterii sancti-  
moniales alloquerentur; & quia hac licentia  
abutebantur presbyteri ratione ordinis sacri,  
ideo Divus Hieronymus eos increpat epist. 22.  
ad Eustachium, his verbis: *Sunt alii (de meo  
ordinis hominibus loquor) qui ideo Presbyterium,  
& Diaconatum ambulant, ut mulieres licentius vi-  
deant. Et ut se gratiores puellis exhiberent,  
magno curâ se ornasse idem Sanctus prosequit-  
tur illis verbis: *Omni cura de vestibus, si be-  
ne oleant, si per laxa pelle non folleat, crines ca-  
lamistri vestigio rotantur, digni de annulo va-  
deant; & ne plantas humidior via spargat, dix-  
imprimunt summa vestigia. Tales cum videas,  
sponsus magis existimato, quam clericos. Qui-  
dam in hoc omne studium, vitamque posuerunt,  
si matronarum nomina domos; unumque co-  
gitant. Desiderabatur ergo licentia proptit*  
B. D. Gonzalez, in Decretal. Tom. III. Pars. I.*

Episcopi, Synodus Carthag. cap. 41. Clerici,  
vel qui sunt continentes ( hoc est monachi, in-  
terprete Balsamone ) ad viduas, vel virgines  
non ingrediantur, nisi ex permissione, & con-  
sensu proprii Episcopi, vel Presbyterorum. Por-  
ro hoc quoque non solum faciant, sed cum concle-  
ricis, vel cum eis, cum quibus Episcopus, vel  
Presbyteri solum habent aditum ad ejusmodi mu-  
lieres, vel ubi adstant clerici, vel aliqui bonæ  
existimationis christiani. Quod & aliis canoni-  
bus, & juri Justiniano consentaneum esse no-  
vit Balsamon in scholiis. Etiam Præposita li-  
centia desiderabatur. Synodus Nicæna 2. can.  
20. ibi: *Si contigerit aliquem propinquam suam  
videre, & voluerit monachus in presentia Abba-  
tisse huic confabulari, per modica, & compendiosa  
verba, & in brevi ab ea discedat. Etiam debe-  
bat hujusmodi colloquio fieri in presentia  
aliarum sororum. Concil. Hispal. 2. can. 17.  
ibi: *Non liceat Abbati, vel ei qui proficitur, ex-  
tra eam, quæ præstet, loqui virginibus Christi  
aliquid, quod ad institutionem morum non per-  
tineat. Adhuc, ne quidem cum ea, quæ præ-  
est, loqui liceat, sed sub testimonio duarum, aut  
triarum sororum, ita ut rara sit accessio, & brevis  
omnino colloquutio. Concil. Cabilon. 2. can. 55. &  
sequenti, Concil. Paris. 6. can. 26. Locus etiam  
colloquii destinatus debet esse publicus. Con-  
cil. Cabilon. 2. can. 61. Aquilgran. 2. p. 3.  
cap. 14. Etiam hora competens esse debebat,  
ut statuitur in dicto Concilio Cabilon. 2. can.  
55. nempe à prima hora ad vespertinam; à  
vespera verò ad primam, non nisi propter  
magnam necessitatem; can. 56. ipsius Con-  
cilii; & tunc se prius signo crucis munie-  
bant. Concil. Aquilgran. can. 6. ibi: *Si quan-  
do cum sacralibus ad colloquendum fueris evo-  
cata, & prius arma frontem tropæo crucis; ve-  
xillo Christi comitari dignetur. Sed quia hæc  
recta Ecclesiæ disciplina negligebatur, tan-  
quam contrariâ consuetudine abolita, Ale-  
xander III. in Concilio Lateran. can. 11. in  
presenti relato, eam suscitavit novis, &  
gravissimis adjectis pœnis, inhibendo fre-  
quentem accessum ad monasteria sanctimoni-  
alium. Eandem constitutionem firmarunt Bo-  
nifacius VIII. in cap. periculofo, Patres Con-  
cil. Trident. ubi supra, & innovarunt Pius V.  
& Gregorius XIII. suis constitutionibus su-  
pra citatis; quare Romæ, in aliisque Ita-  
liæ partibus gravissimis afficiuntur pœnis, fre-  
quenter accedentes ad puellarum monaste-  
ria, quæ utinam in nostris provinciis in praxi  
essent.***

Magna niti ratione Alexandrum III. in præ-  
fenti, & ceteros Ecclesiæ Patres prohiben-  
do ingressum, & accessum ad claustra monia-  
lium, quis neget? Triplicem hujus prohibi-  
tionis rationem præbet Bonifacius VIII. in  
dicto cap. periculofo. Primam his verbis: *Pe-  
riculofo, & detestabili quarandam monialium sta-  
tuti, quæ honestatis laxari habent, & mona-  
chali modestiâ, sexusque verecundiâ impuden-  
ter abiectis, extra sua monasteria nunquam  
per habitacula personarum secularium discurrunt.  
Quod periculum violandæ castitatis præ ocu-  
lis habuerunt, qui virginum, immò & alia-  
rum feminarum familiaritatem cum vitis,  
præsertim clericis, tam graviter damnarunt.  
Tertullianus lib. de velandis virginibus, ibi*

Traditur  
ratio deci-  
dendi.





Tam sancti viri est suffundi, si virginem viderit, quam sancta virgini, si a viro visa est. Rationem reddit Sanctus Leander lib. de instit. virginum, his verbis: *Dispar sexus in unum locatus, eo tuitatur infamiam, qua nascitur.* Quam rationem fuse illustrabimus titulo sequenti. Secundam rationem petit Bonifacius ex priorum offensione, atque infamia, quæ toti religioni creatur, illis verbis: *In religionis opprobrium, & scandalum plurimorum.* Quam etiam assignant Patres Synodi Nicænæ 2. can. 18. & 20. Pius V. in dicta consuet. ibi: *Decoris periculo, & scandalo plenam rem esse, ac regulari observantia vehementer adversari.* Quam rationem illustrant Gibalinus *disquisit. monast. disquis. 1. cap. 1. §. 5. Scellogus tom. 3. in Cantio. vestig. 30. sect. unic.* Tertiam tandem rationem affert Bonifacius in illis verbis: *Moniales à publicis, & mundanis aspectibus separata omnino servare Deo valeant.* Consentit Gregorius XIII. in Bulla quæ incipit, *Ubi gratia*, ibi: *Proinde sanctimonialium quieti, & tranquillitati consulere, ac omnia, quæ illas à spiritualium rerum cogitatione, & exercitio avocant, impedimenta tollere, periculaque, & scandala ab eis removere cupientes.* Paulus V. in sua constit. edita anno 1612. ibi: *Ad ea removenda, quæ religiosam earum quietem, & regularem observantiam perturbare dignoscuntur, curam nostram libenter intendimus.* Quam rationem illustrat Gibalinus *dicto §. 5. num. final.* Rectè ergo Alexander III. ut veterem hanc Ecclesiæ disciplinam jam obsoletam suscitaret, sub gravi depositionis pena prohibuit omnibus presbyteris, & clericis, ne sine iusta & necessaria causa monasteria sanctimonialium adirent, ne per accessus indebitos nulla ex causa factos clerici ineam familiaritates, quæ in aliquod abruptum eos pertrahant, ut monstratum est exemplo Sabiniani apud D. Hieronymum, & clerici Hispani apud Grillandum *lib. de sortileg. quest. 17.*

Difficiliter  
dubitandi  
ratio.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam licet illis primis Ecclesiæ sæculis non solum monasteria essent duplicia, ubi simul habitabant monachi, & moniales; verum & virgines devotæ cum presbyteris intra proprias aedes degerent, quia devotio ac virtus illius sæculi nihil lævi criminis suspicari sinebant; tamen frigiditate devotione illa (ut notavi in canone 27. Concil. Illiber.) prohibitum fuit, ne deinceps monasteria duplicia virorum, & feminarum erigerentur. Synodus Nicæna 2. can. 20. Concil. Hispal. 2. can. 11. ibi: *Propter infidias diaboli, aut propter obloquationes hominum.* Concil. Agath. can. 38. Synodus 7. can. 29. l. 44. C. de sacros. Eccles. notavit Ballamon in dicto cap. 10. Concil. Nicæn. Cujacius in novella 123. cap. 54. Bosquetus in notis ad Innoc. lib. 3. regist. 15. epist. 80. Gibalinus de clausur. *disquis. 1. cap. 9. §. 1.* Nec etiam obstat augmentum ipsius difficultatis; nam licet illis prioribus sæculis viris probis, & sanctæ conversationis permitteretur accessus ad puellarum monasteria; tamen cum non facile agnosceretur, quis esset probæ vitæ, magnaque virtute polleret, & castitatis votum servaret, ideo Ecclesiæ Patres omnibus, tam clericis, quam monachis ingressum, & acces-

sum ad monasteria puellarum indistinctè prohibuerunt.

Ex supra traditis exponendus est difficultis textus in can. 9. Concil. Tolet. 1. in illis verbis: *Nulla professa, vel vidua, absente Episcopo, vel presbytero in domo sua antiphonas cum confessore, vel servo suo faciat; lucernarium vero nisi in Ecclesia non legatur, aut si legatur, in villa, præsentè Episcopo, vel Presbytero, vel Diacono legatur.* Ex quibus verbis aperte constat, Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum posse simul cum sanctimonialibus horas canonicas recitare intra domum, vel Ecclesiam, igitur & eorum monasteria frequenter adire, cum eisque conversari. Sed antequam huic difficultati satisfaciam, exponere necessarium duxi, quid per antiphonas, confessorem, & lucernarium PP. ibi intelligantur. Et quidem antiphona componitur ex duabus illis dictionibus Græcis *ἀντι* & *φωνή*, id est, vox contra vocem; proinde antiphona dicta fuit alterna, & reciproca cantio, cum vicissim vel psalmi choris alternis psallerentur, vel antiphonæ, quæ versiculis tunc temporibus constabant, alternatim concinerentur, ut explicat D. Hieronius lib. 6. originum, cap. 19. illis verbis: *Antiphona, inquit, ex Græco interpretatur vox reciproca, duobus scilicet choris alternatim psallentibus, ordine commutato, sive de uno ad unum.* Quod genus psallendi Græci reperisse dicuntur: responsorios Itali tradiderunt; quod carmen inde responsorios cantus vocant, quod alio desistente, id alter respondeat. Inter responsorios autem & antiphonas hoc differt, quod in responsorios unus versum dicit; in antiphonis autem versibus alternant chori: quem canendi morem in Ecclesiis Antiochena, Mediolanensi, & Hispana usitatum illustrat Halherius lib. 3. hierarch. sect. 2. §. 4. & dicitur in cap. 1. de celebrat. Missar. Circa confessorum, omittis variis acceptionibus, quas tradunt Gibalinus de clausura *disquis. 1. cap. 9. §. 1.* Mendoza lib. 2. Concil. Illiber. cap. 52. ubi nonnulla notavi, in præsentè confessor accipitur pro cantore, seu psalmista, qui in inferiori clericorum gradu erat. Concil. Carthag. 4. can. 11. Divus Clemens lib. 8. constit. cap. 10. Divus Iliodorus lib. 2. de officis Eccles. cap. 12. Divus Hieronymus epist. 2. ad Nepotianum, ibi: *Si lector, si acolitus, si psalterio sequitur, non ornentur veste.* Canon. 26. & 43. Apost. Synodus Laodic. can. 24. ibi: *Presbyterum, & Diaconum, & deinceps quemlibet ecclesiastici ordinis, usque ad ministros, vel lectores, vel cantores, vel exorcistas, vel hospitalarios, vel exorcistarum ordinis, capponas vestire non oportet.* Qui cantores confessores dicebantur; nam ubi lib. 8. constitutionum Apost. cap. 10. in orationibus, quæ fiunt pro fidelibus, dicitur. *Oremus quoque pro lectoribus, cantoribus, virginibus, viduis, & orphanis;* in libro Sacram. D. Gregorii, feria 4. post Palmas, legitur: *Lectoribus, hospitalariis, confessoribus, virginibus, viduis, & pro omni populo sanctæ Dei.* Estque trita ratio hujus acceptionis; confiteri enim ex usu sacro significat gratias agere, & Deum laudare. Psalmo 8. vers. 18. ibi: *Confitebor Domino secundum iustitiam ejus, & psallam nomini Domini altissimi.* Amalarius lib. 3. de offic. Eccles. cap. 3. de choro

cantore



cantorum agens ait; Porro cantores, laudatores Dei, & ad laudandum ceteros excitantes. Et probat id ipse Amalarius ex eo, quod in facta Pagina hæc verba, *confitemini Domino, cantoribus imputantur*; notavit Hugo Menardus in *notis ad Sacrament. Divi Gregorii, fol. 61.* de quibus confessoribus agitur in eodem Concilio Tolet. 6. can. 1. ibi: *Nisi ea sit honestas, seu orationum, aut viduarum frequentia, ubi non sit confessor quilibet cum plurimorum testimonio resium conuenerit interesse possit; cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittentur, aut videndas.* Confessor igitur hoc canone 9. cantor est, qui professus, vel viduas continentes invisebat pretextu canendi, & docendi ordinem, & modum recitandi divinum officium. Superest, ut quid per lucernarium in eo textu accipiatur, exponamus; & constat lucernarium ab antiquis vocari vesperinum orandi modum ad vespere pertinetem. Cassianus *lib. 3. in su. cap. 3.* ubi dum refert horas canonicas, ait: *Ita enim est illi primo mane conduxisse describitur; quod tempus delegat matutinam nostram solemnitatem; deinde tertia, inde sexta, post hæc nona, ad extremum undecima, in qua lucernalis hora signatur.* Itaque dicebatur, quia accensis lucernis hora illa recitabatur. D. Hieronymus *epist. 7. cap. 5.* ubi dum illam in monasticis moribus instruit, ait: *Affluat ad orationes, & psalmos nocte consergere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie quasi bellatorem Christi; accensaque lucerna reddere sacrificium vesperinum.* Lucernarium hoc ad partem priorum vesperarum spectabat, ut constat ex D. Isidoro in *regul. mon. b. cap. 6.* ubi dum unicuique horarum canonicarum psalmorum numerum prescribit, ait: *In vesperinis autem officis, primo lucernarium, deinde psalmi duo, responsiones unæ.* Facit textus in can. 2. Concil. Emerit. ibi: *Opus est, ut sicut in aliis Ecclesiis vesperino tempore post lumen oblatum, prius dicitur vesperinum, quædam sonum in diebus scilicet; ita & a nobis custodiatur in Ecclesiis nostris.* Hujus lucernalis horæ mentio fit in regulis monasticis, tam Divi Augustini, quam Divi Isidori, & aliorum, ut probant Franc. Hallerius *d. lib. 3. de hierarch. sect. 2. §. 4. ad finem.* Bivar. *de veteri monach. lib. 4. cap. 2. fol. 9.* Loaysa in *dicto can. 9. Concil. Tolet. Gazæus in notis ad Cassianum lib. 3. de orat. cap. 3.* qui formam lucernarii, & recitandi modum refert. Ratio autem quare lucernarium tantum præsentem Episcopo, Presbytero, vel Diacono legi poterat, triplex assignatur ab Interpretibus. Primam petit Bivar. ubi proxime, *num. 14.* ex eo, quod in lucernario erant propria, & peculiare orationes, quæ tantum recitari poterant ab Episcopo, Presbytero, vel Diacono, ut ex D. Bafino ple probat: unde exillimat in *dicto can. 9. Concil. Tolet.* citatum fuisse, ne à quovis clerico lucernarium legeretur, sed tantum præsentem Episcopo, Presbytero, vel Diacono. P. Gibalinus de *clausura disquisit. 1. cap. 9. §. 1. num. 12.* aliam rationem reddit, videlicet, quod cum lucernales preces, & psalmi non nisi post solis occasum dicerentur, prohibuere Patres, ne intra diem cum confessore suo profecta, vel vidua lucernarium dicerent; sed in Ecclesia, ad quam ne incomitata prod. D. D. Gonzal. in *Decretal. Tom. III. Pars I.*

cederent, statuerunt ut cum Episcopo, Presbytero, vel Diacono accederent, ut ita omnis familiaritas cum lectore, aut cantore vitaretur, juxta canonem 6. ipsius Concilii. Tertia ratio, & verior, ni fallor, traditur ab Aloaysa in *notis ad eundem canonem*, quam sequuntur & illustrent Lantdmeter *lib. 2. de veteri monach. cap. 61. in fine*, Hallerius *d. lib. 3. §. 4.* supponunt enim perdocti viri, divina officia olim non nisi præsentem Episcopo, Presbytero, vel Diacono recitari consuevit, juxta Concilium Tarracon. can. 7. ibi: *De diocesis Ecclesiis, vel clero id placuit custodiri, ut Presbyteri, vel Diaconi, qui imbi consuevi sunt, cum clericis septimanis observent, id est, ut Presbyter unam hebdomadam, quæ expleta succedat ei Diaconus similiter; eadem scilicet conditione servata, ut omnis clericus die Sabbato ad vespere sit paratus, quo factus die Dominica solemnitas cum omnium præsentia celebretur; præcipue lucernarium officium, post quod subjungebatur lectio, seu interpretatio sacre Scripturæ, ut refert Nicephorus *lib. 12. histor. cap. 34.* ibi: *In Cypro, & Cesarea Cappadocum in Sabbato, & Dominico die vespere, & post lucernarum accensionem Episcopi, & Presbyteri sacras Scripturas populo exponunt.* Unde cum scripturas exponere proprium sit Episcopi, vel eo absente Presbyteri, aut Diaconi, idem Patres petunt præsentiam Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi, ut lucernarium dicatur. Notat tandem, & recte ipse Hallerius, quod dum in principio ipsius canonis agunt Patres de horis canonicis recitandis à professa, vel vidua intra civitatem, petere tantum præsentiam Episcopi, vel Presbyteri, nulli Diaconi facta mentione. Cum ergo agunt de lucernario in villa dicendo; Diaconum adiciunt, quia eo tempore propter sacerdotum penuriam non semper in villa Presbyteri reperiebatur, sed tantum Diaconus, qui plebem regebat, ut notavi in *can. 77. Concil. Iliber.* His suppositis pro vera expositione illius canonis dicendum est, quod cum olim non solum in Ecclesia, & monasteriis horæ canonicæ recitarentur, Concil. Cabilon. 2. can. 59. Mognutin. sub Rabano *can. 16.* verum & in ædibus privatis, ubi virgines, vel viduæ continentes debebant, ut constat ex D. Hieronymo in *epist. 7. supra relata, & in epist. 22. ad Eusebium, & epist. 8. ad Demetriad.* ibi: *Præter psalmorum, & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vespere, media nocte, & mane semper est exercendum; neque tantum ipsa psalmos cantant, sed etiam ad Ecclesias, ut audirent, & canerent, procedebant, ut constat ex ipso Sancto Hieronymo dicta epist. 7. ad Latam, ubi illam monet, ne sola ad vigiliis staret, ibi: Basilicus martyr, & Ecclesias sine matre non adeat; vigiliarum dies, & solennes pernoctationes sic virguncula nostra celebrat, ut ne transversum quidem unguem à matre discedat.* Cum, inquam, sanctimoniales domi horas canonicas recitarent, indigerentque magistro, illius pietatis, & officii pretextu cantores, & psalmistæ, qui confessores dicebantur, eas adibant; quare ut similem abutim Patres tollerent, prohibuerunt, ne hujusmodi sanctimonialis eum confessoris suo antiphonas facerent, nisi præsentem Episcopo, Presbytero, aut Diacono; lucernarium vero inhibens, nisi*



in Ecclesia non legi, ob rationem supra adductam, & ibi recitari debere præfente Episcopo, aut Presbytero, ut eo finito illi sacram Scripturam exponerent.

## CAPVT IX.

(a) Gregorius VIII.

Quoniam, ut ait Scriptura, proni sunt sensus hominis ad malum ab (b) adolescentia sua, sicut ex sensualitate caro *vergit* in culpam, ita vigore spiritus procedente, & subsequente divinâ (c) gratiâ, animus niti debet ad veniam, & remedia semper inquirere, quibus irruentes occasiones mortis valeat declinare. Inde si quidem est, quod intelligentes multa ex defectu proprio, multa ex aliena malitia in vestris Ecclesiis pervenisse, quæ aut delictum in se, aut occasionem habeant delinquendi; per auctoritatem Apostolicæ Sedis, cui ex dispositione Domini servimus, prout datur ab eo, decernimus obviandum, & auctoritatem in vobis Episcopalis officii ad rescandâ nociva in subditis vestris, & inferenda utilia, scriptis Apostolicis muniendam, recolentes, quod in veteri lege præcepit Dominus dicens: Ignis in altari (semper) ardebit, quem nutriet Sacerdos, subjiciens mane ligna per singulos dies. Statuimus, ut facultatibus Ecclesiarum vestrarum, atque proventibus, & expensis etiam diligenter inspectis, certum in eis valeatis imponere (e) numerum (f) clericorum; & statuere, ut bona eorum veniant in communione, & in una domo vescantur, atque sub uno tecto dormiant, & (g) quiescant. Si verò contradictores exiterint, licitum vobis sit per suspensionem officii & beneficii, aut graviori etiam pœnâ, si opus fuerit, ad hanc observantiam eos appellacione compellere non obstante. Indulgemus etiam, ut si quisquam eorum, qui simul vivunt, pro manus (h) iniectione in socium à communione meruerit fieri alienus, reconciliandi eum, & pœnitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis, nisi fortè (i) atrocitas facti pœnam graviorem expectet. Quod etiam de mulieribus, & his qui præ senectute, vel infirmitate præsentiam nostram adire non possunt, volumus observari, nullum præjudicium constitutioni ecclesiasticæ, aut successoribus nostris afferentes, quominus super his, qui rectius viderint, valeant ordinare.

## NOTÆ.

1. (a) *Gregorius VIII.* Ita legitur in *primâ collectione*, sub hoc tit. cap. 10. & rectè; nam cum Gregorius VII. integro sæculo præcessisset Alexandrum III. auctorem textus antecedentis, vixit enim circa annum 1080. non poterat juxta rectam temporum seriem in hac collectione observari post Alexandrum III. compilari Gregorii VII. epistola. Ex eadem ratione non debet tribui hæc Decretalis Gregorio IX. ut voluit Panormit. hic in principio; quia cum textus sequentes sint Innocentii III. qui floruit ante Gregorium, non poterat compilari Gregorii IX. decretalis ante constitutiones Innocentii: quare semper ultimo in loco refertur à Raymundo constitutiones Gregorii IX. jam notavi in cap. final. de *constit.* Legendum igitur est, Gregorius VIII. ut habetur in prima collectione, ex qua etiam textum hunc restituo, Gregorius VIII. antea Albertus de Mora dictus, patria Beneventanus, monachus Sancti Benedicti, creatus fuit Pontifex anno 1187. die 27. Octobris, & scripsit varias epistolas, ut refert Ludovicus à sancto Carolo in Bibliotheca Pontificia, verbo *Gregorius VIII.*

(b) *Ab adolescentia.* Verba sunt Genes. cap. 8. vers. 21. Proverbiorum cap. 30. & refertur in cap. 1. 12. *quæst.* 1.

(c) *Divina gratia.* Absque qua nihil potest humana fragilitas, ut definitum est in Concilio Tridentino *sess.* 6. de *justific.* cap. 5.

(d) *Semper ardebit.* Verba sunt Leviticis cap. 6. quibus docere intendit Gregorius charitatis ignem inter Canonicos tanquam confitantes per bonorum omnium, vita que communionem in corde tanquam in altari ardere debere.

(e) *Numerum.* Tantum enim numerus ille clericorum in Ecclesiis esse debet, qui possit juxta facultates Ecclesiarum commodè sustentari, cap. 1. cap. 3. de *justit.* cap. unic. §. *sanè*, de *statu regul.* in 6. Trident. *sess.* 23. de *regul.* cap. 4. ibi: *in monasteriis, & domibus, tam virorum, quam mulierum, bona immobilia possidentibus, ut tantum numerum constituantur, ac in posterum conserventur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis elemosinis commode possint sustentari.* Concil. Cloveshovien. can. 28. ibi: *Ut nemo suscipiat majorem congregationem, quam sustentare possit, & eis necessaria prestare.* Illustrant Sanchez *lib.* 7. *summa*, cap. 23. Solorzano *tom.* 2. de *jure Indiar.* *lib.* 3. cap. 5. *num.* 31. latè dicemus in cap. 1. de *justit.*

(f) *Clericorum.* Sæcularium videlicet, non regularium, ut vult Glossa in præsentibus; nam ut bene notavit Immola in *presentibus*, *num.* 9. præfens textus agit de Prælatibus sæcularibus, non regularibus; siquidem injungit Episcopis, ut curent bona Clericorum communia fieri, cum regulares nihil possideant, quod in commune redigi possit: quare rectius textum hunc de canonicis sæcularibus accepit Boëus Epon. *tom.* 2. 99. *heretic.* in præsentibus, nec bene Lotherius *lib.* 1. de *re benefic.* cap. 14. *num.* 44. dum docet Episcopum



pum non posse erigere Ecclesiam Parochialem in Collegiatam, accipit Gregorium in presenti de Ecclesia Canonicorum Regularium jam constructa, in regularemque erecta; mens enim & sententia Gregorii est, ut universi Episcopi, tam Occidentales, quam Orientales indicerent clericis propriae suae Ecclesiae, ut intra claustra in communi dormitorio, & refectorio viverent, ut illis saeculis ferè in omnibus provinciis catholicis motus erat; siquidem cum Episcopo proprio Canonici vitam regularem agebant, ut hæc referunt Cochier in fac. histor. cent. 2. cap. 22. Lantdmeter. lib. 2. de veteri clerico, cap. 16. in fine, Pennotus lib. 2. hist. canonice, regul. per totum.

(g) Dormiant & quiescant. ] Ut essent clerici in Ecclesiis suis assidui, & debitis temporibus divina celebrarent officia, ac horas canonicas persolverent, institutum fuit jam prioribus Ecclesiarum saeculis, ut Canonici communem vitam sub eodem tecto peragerent, ac intra claustra degerent in eodem refectorio, cap. 1. 2. & 3. 12. q. 1. Synodus Turonensis can. 23. ibi: Canonici & Clerici civitatum, qui in Episcopis conversantur, consideremus ut in claustris habitantes simul omnes in uno dormitorio dormiant, simulque in uno refectuario, quo facilius possint ad horas canonicas celebrandas accedere, ac de vita, & conversatione sua admoneri & doceri: victum, & vestimentum juxta facultatem Episcopi accipiant, ne pauperum occasione compulsi per diversa vagari, ac turpiter se implicare negotii cogantur. Concil. Mogunt. sub Carolo can. 4. ibi: In unoquoque Episcopatu simul manducant & dormiant, nisi via facultas facienda suppedit; vel quia in rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt, in suo claustris manent, & singulis diebus mane prima hora ad lectorem veniant, & audiant quid eis imperetur; ad mentem vero similiter lectionem audiant. Syno-

das Aquisgran. can. 3. & 125. illique Canonici regulam D. Benedicti, vel D. Augustini frequentius servabant, ut probat Pennotus d. lib. 2. per totum. Eorum vita describitur lib. 5. capitul. cap. 117. his verbis: In omnibus, quantum humana permittit fragilitas, delevimus, ut Canonici clerici canonicè vivant, observantes divine Scripturae doctrinam, & documenta sanctorum Patrum, & nihil sine licentia Episcopi sui, vel magistrorum eorum compositè agere presumant. In eis etiam claustra servabatur. Synodus Aquisgran. can. 134. ubi egressum sine licentia, moram ultra tempus præscriptum, discursum per plateas, aut hvia, inter clericorum culpas refert. S. Basilus in constit. canonicis ait: Si quis præterquam ubi necessarii usus postulerit, extra egressatur, & temerè divagetur, segregator. Concil. Carthagin. 4. can. 47. ibi: Clericus per plateas, vel andronas, nisi certa, & maxima officii sui necessitate non ambulet. Facit textus in cap. necessaria 12. q. 1. Illustrat Lantdmeter. dicto lib. 2. cap. 106. & in Hispania nostra ferè omnes Ecclesias Cathedrales. Im fuilse Canonicorum regularium probat Pennotus ubi supra. Copiens igitur Gregorius VIII. ut Canonici hanc profiterentur vivendi normam, scribit in presenti universis Episcopis, ut pensatis facultatibus propriae Ecclesiae, clericos in eis instituant, qui communem vitam teneant, simul dormiant, & quiescant.

(h) Manus in pectore. ] Hæc verba exponimus in cap. monachi, de sententia excommunic.

(i) Atrocitas. ] Quo casu non censetur absolutio à dicta censura Episcopo concessa, cap. canonica, de sententia excom. & merito, quia etiam jure civili quoties atrocitas facti aderat, superior adendum erat, l. si quis erit. ff. de offic. Proconsul. l. 2. 3. l. 4. §. 1. ff. de officio Praefect. vigl. l. 1. §. ult. ff. de suspecti. tutor. notavit Cujacius ibi.

## CAPVT X.

## Innocentius III. Prelatis &amp; Clericis (a) Lombardia.

Um ab omni specie mala præcipiat (b) Apostolus abstinere, nos (quicquid indigni) constituti sumus à Deo super gentes, & regna, ut juxta verbum propheticum, evellamus & destruamus, & edificemus & plantemus; summoperè debemus satagere, quatenus evellamus vitia & plantemus virtutes, destruamus iniqua & edificemus honesta: sicque nostra sollicitudine mediante, prava transeant in directa, & aspera convertantur in plana. Licet autem hujus nostrae sollicitudinis labor generaliter debeat ad omnes extendi, quia sapientibus sumus, & insipientibus debitorum; specialiter tamen ad clericos, qui dormire debent à vitiis, ut sunt (c) pennae columbae deargentatae; ne quid in illis appareat, quod offuscet candorem ecclesiasticae puritatis. Sanè ad audientiam Apostolatus nostri multorum assertionem pervenit, quod cum ex delegatione nostra causas suscipiatis pertractandas, more saecularium, super decima (d) litis, vel parte alia, pro diversa terrarum consuetudine, præter expensas victualium, cum litigantibus receptis pignoribus pro salario convenientis, quod postmodum usque ad solutionem pecuniae, nolentibus etiam partibus, contendentis detinere. Nos attendentes quod ad hoc vobis, & aliis clericis sunt ecclesiastici redditus deputati, ut ex ipsis honestè vivere debeatis, ne vos oporteat ad turpia lucra manus extendere, vel ad iniqua munera oculos inclinare. Cum ergo opera vestra lucere debeant laicis in exemplum, nec vos deceat ad instar saecularium ad turpe compendium juris occasionem arripere, v. f. v. per A. l. in. atque



præcipimus, quatenus ab huiusmodi exactionibus de cætero abstinentes, vigorem iudicarium gratis studentibus impertiri, non obstant quod in fraudem à quibusdam proponitur, quod idem exigatur nomine (e) assessorum, cum nec iustum iudicium iudici vendere liceat, & venales sententiæ ipsi etiam secularibus legibus (f) improbentur, Dat. Tuderti V. Non, Octob.

## NOTÆ.

1. (a) **Lombardia.** ] Ita etiam legitur in cap. 1. hoc tit. in 3. collect. & in epistolis editis Colonia; & correctis à Sirleto fol. 187. ex quo codices restitio integram huius textus; in partibus enim Lombardia ea consuetudo, seu potius corruptela irreperat, ut iudices decimas litium exigent, & super eam etiam sub pignore tutipiter pacisci solebant, ut refert Cujacius in præfenti; unde Innocentius III. Prælati & clericis illius provincie dicit præsentem constitutionem, talem corruptelam improbando.

2. (b) **Apostolus.** ] 1. ad Thesalon. cap. ultimo, vers. 21. Omnia, inquit, probate; quod bonum est, tenete; ab omni malo specie abstinete. Erasmus post versionem vulgarem legit: Ab omni specie mala abstinete. Utcunque tamen sit, D. Pauli sententia aperta est, videlicet: adeo nihil mali esse faciendum, ut nec vel imago quidem, vel similitudo sit ulla, vel suspicio mali. Ioannes Andreas, Buttrius, Zoparella, Imbola, & Panormitanus in præfenti huius sententiæ occasione late agunt de variis malorum, & bonorum generibus; sed tractatus hic ad Theologos spectat, qui scripserunt de bonitate, & malitia humanorum actuum, & de vitis, ac virtutibus.

(c) **Penna columba deargentata.** ] Verba sunt psalmi 67. quæ fuse & eruditè exponit Hallier, de sacris elect. in princip.

3. (d) **Decima litis.** ] Jure civili Romanorum actor qui temerè litem instituerat, aut ex calumnia, in decimam partem litis tenebatur: ea autem actio oriebatur ex promissione; nam in initio litis cavebat actor ni vicisset, reo decimam litis præstaturum iri, ut patet ex constitutione Diocletiani & Maximiani, quæ extat sub tit. de calumniat. in Codice Herm. ibi: Iudicio tutela convenit excipi actionem, ad quam respondere debes: quippe si per calumniam hoc eum facere confidis, remediò repromissio in initio postulate calumnie in decimam partem ejus, quod petit, tibi condennari eum desiderare potes. Refert Cujacius lib. 7. observ. cap. 5. apud Francos hæc litis decima fito pendebatur. Princeps autem iudicibus delegatis, quibus causa cognitio commissa erat, solebat eam concedere, ut apparet ex formula illa 20. Marculfi, ibi: Præterea per præfens decretimus præceptum, ut ipsum in hoc vos recipere faceratis, & unicuique ex ipsis iuste debita portio terminetur, & decima illius sumptus litæ, qui exinde in filia ditionibus, tam de terra, vineis, mancipiis, vel undecunque reddebatur, ipse vir ille habeat ex nostra indulgentia concessum, vel quicquid exinde facere voluerit, liberam habeat potestatem. Illustravit Bignon, in notis ad eam formulam. Apud Beneventanos idem statutum fuisse, refert, & firmat Innocentius III. lib. 1. epist. fol. 164. Jure nostro regio approbata est consuetudo quæ in diversis partibus invaluerat, videlicet ut pro sportulis iudici ordinario, aut delegato post executionem sententiæ decima ipsius litis præste-

tur, l. 3. tit. 14. lib. 5. ordm. l. 7. tit. 21. l. unic. tit. 31. lib. 4. recapit. probant, & plura de hac decima iudici exequenti sententiæ solvenda, congerunt ultra repetentes in eisdem iuribus Bobadilla lib. 1. polit. cap. 13. num. 30. Hevia in Curia Philip. 2. p. 5. 25. Rodriguez de executione cap. 7. per totum. Salgado tom. 1. Labyrinth. p. 1. lib. 1. cap. 1. §. 2.

(e) **Assessorum.** ] Assessores enim assumuntur à Magistratibus ex Jurisperitorum ordine, qui jus sibi, quod sæpius ignorant, suggerant, ut elegantur refert Josephus lib. 2. contra Apionem: nam licet quæ ad Magistraturam sui officii pertinent, ignorare non debeant; iuris tamen ordinarii professores non existunt; unde iure civili frequenter assessores assumebant illi, quia ut ait Justinianus in novel. 82. legum placita Magistratibus suggerent, & quod non poterat per occupationes allequi, supplebunt; l. non minus, C. de assessoribus, l. unic. C. Theodori. de Comitibus, ut fuisse Ulpianum ipse testatur in l. metum 9. §. 6. sed quod Prator, ff. de eo quod metus causa: de Sabino constat ex l. lex. §. 8. hac lege, ff. de iniuriis. Plerumque dicuntur Consiliarii, l. unic. C. si Recl. provino. Ammian. Marcel. lib. 25. Sforzorio amisso consiliario, qui ei aderat, casu evasit. Cassiodorus lib. 6. epist. 12. Consiliarius quoque præfectorum. Etiam dicuntur Participes in l. 1. C. de assess. ab Aufonio liad. 1.

Curia me duplex, & uterque Senatus habebat Muneris exortem, nomine participem.

Symmachus epist. 17. Notavit Savarus ad Sidonium lib. 1. epistola 3 fol. 24. Illustrant Desiderius Heraldus lib. 1. de auctor. rei iudic. cap. 8. Pollet. hist. fori Rom. Jure canonico necessitas assumendi assessores illiteratis injuncta est, cap. ad nostram audientiam, de consuet. cap. statutum, §. assessorem, de rescript. lib. 6. ex eadem ratione iure nostro Regio necessitas injuncta est Prætoribus, ut eligant Proprietores juris peritos, vulgò Tenentes, l. 22. tit. 9. part. 2. l. 10. tit. 16. lib. 2. ordin. l. 26. tit. 5. l. 4. tit. 6. lib. 3. recapit. ubi plura congesti Salcedo.

(f) **Improbentur.** ] Aded ut venales sententiæ, quæ à corruptis iudicibus profertur, etiam citra interposita provocationis auxilium infirmæ sint, l. venales 7. C. quando provocare; & Antoninus in l. 1. C. de pena iudicis, qui male iudicavit, ait amittere eum actionem, qui iudici pecuniam dedit, & diffidentia iustæ sententiæ, in pecuniæ corruptela ipem negotii reposuerit; ficut & ex hac causa litem petire iussit Imperatorem suum tribu Ulpianus in l. 1. ff. de calumniat. Prosequitur Baldus ad legem 1. Tab. cap. 8. Heraldus lib. 1. de auct. rei iudic. cap. 7. Accunna in cap. 1. 83. distinct. num. 3.

## COMMENTARIUM.

EX hac Innocentii epistola sequens vulgò conclusio deducitur assertio: Iudices delegati eccle. iudic. in eo iustis gratis iudicare debent, nec exigere possunt probatur. accunnam, vel aliam litis partem, etiamsi hoc consuetudine



suavitate introducitur sic. Probantem textus in cap. si quis i. dist. 83. cap. Episcopus, cap. non debet 11. q. 3. cap. statutum 2. 9. assefforem, dereforp. lib. 6. cap. 1. de re iudic. eod. lib. cap. observandum 15. q. 2. Concil. Aurelian. 2. can. 3. Arvernenle can. 25. & Concil. Arlat. 4. can. 13. Statuimus ut comes, iudex, seu reliquis populus obediens sint Episcopo. Et invicem consentiant ad iustitiam faciendam; & munera pro iudicio non recipiant, nec falsos testes, ne per hoc pervertant iudicia iustorum, quia scriptum est: iustitia elevat gentem, iniustitia vero miseros facit populos. Et Psalmista: Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt in omni tempore. Idem omnino repetit Concilium Cabilon. 2. can. 35. Nullus Christianus pro quolibet placito, vel iudicio à qualibet persona munera exigere aut accipere debet; quoniam id divina Scriptura multis in locis magis interdicit avaritiam. Hinc præfatum Concilium Cabilonense can. 21. addit: Sed & ministros, quos vicarios, Centenarios vocant, iustos habere debent, ne forte eorum avaritiâ, aut rapacitate populus gravetur, & amissis facultatibus in pauperitatem redigatur, &c. Eadem constituit Concilium Mogunt. 1. can. 30. & Concilium Rhenense can. 39. Concilium Mogunt. 2. can. 19. Qui ad iustitiam faciendam à duobus munera accipiunt, hoc est, ab eo qui quod sibi iniuste ablatum est, iuste requirit; & ab eo quæ eadem iniuste iniuriam, aut wrongandi sunt, & fortiter increpandi, ne regnum Christi, quod omnibus rectè facientibus patet, sibi sine ulla retractatione secludant. Concilium Bernense can. 25. Ut nec Episcopus, nec Abbas, nec ullus laicus pro iustitia faciendis sportulas contradicere accipiat, quia ubi dona intercurreunt, iustitia evanescit. Turon. 3. can. 35. Nullus Christianus pro quolibet placito, vel iudicio à qualibet persona munera exigere, aut accipere debet. Illustrant ultra congestos in præsentia à Barbofa & Garanna, Cujacius, Fabrotus & Boetius Epon. in præfatis, Franciscus Hallerius in vindexis, fol. 759. D. Joannes de Larrea alleg. 47. Phebo tom. 2. de off. 111. Nathen. in iustitia vulvar. cap. 4. fol. 587. Gibalinus de consur. in synopsi. verbo Munera, num. 6. Flores de Menâ q. 8. Cabedo tom. 1. de off. 16. Morla in empor. tit. 2. de iurisd. q. 10. Accuna in cap. si quis 10. dist. 83. Petrus Gregorius lib. 1. de re public. cap. 6. Obvaldus lib. 28. Donel. cap. 3. triplici litera. H. Balduinus ad leges 22. Tabul. cap. 8. Lælius Mancinus de triplici iuris vllat. cap. 102. & 117. Darts in di. c. 15. q. 2. Balsamon in can. 15. Synodi Carthag. Hallerius in vindexis lib. 5. cap. 2. Altessera & Florens in præfatis.

Sed pro dubitandi ratione in præsentem affectionem ita insurgit potest: Nemo tenetur militare propriis stipendiis, iustumque est, ut laboranti stipendium assignetur, iuxta Apostolum 1. ad Corinth. cap. 9. relatum in cap. cum secundum, de præbend. cap. cum ex officio, de præscrip. probant latè Matienzo in dial. 3. p. cap. 32. num. 9. Sbroz. de off. vicar. lib. 1. q. 55. num. 2. & lib. 3. q. 53. num. 3. Hallerius in vindexis lib. 5. q. 2. Flores de Menâ d. q. 8. num. 6. Surdus de aliment. tit. 4. q. 22. num. 12. Valeznuela consil. 179. n. 32. Bobadilla lib. 1. polit. cap. 13. num. 48. Solorzanus lib. 3. de iure Indiar. cap. 8. num. 39. Igitur iudices Ecclesiastici delegati non tenentur graus de causa sibi commissa cognoscere, eamque debito sine terminare. Accedit; nam consuetudo in

partibus Lombardiæ invaluerat, ut decima litis iudicibus delegatis præstaretur, ut supra retuli; sed talis consuetudo, ut licita, erat observanda siquidem in casu non dissimili in cap. ad Apostolicam, de simonia, docetur, quod etiam pro administratione sacramentorum clerici aliquid recipere non debeant, tamen consuetudo, præ introducta observetur. Igitur & consuetudo, de qua in præsentem agitur, observanda erat, ut contingit in decima, quæ in executionibus præstatur iudici ordinario ex dispositione legis Regiæ; ea enim consuetudine introducta fuit, & idè jubetur in legibus supra citatis, ut præstetur, quia consuetudine introductum erat in his Regnis, ut decima litis iudici exequenti sententiam solveretur. Igitur similiter in consuetudine Lombardiæ idem observandum erat.

Quæ dubitandi ratione non obstante, vera est præsens assertio; pro cuius expositione sciendum est, tria esse genera emolumentorum, quæ iudices ratione officii sui, munerisque sibi iniuncti percipiunt. Primum salarium, quod iuste ab eis exigitur & accipitur, unde Alexander Severus, referente Lampridio, cum promovebat iudices, argento, & necessariis instruebat, ita ut Præfides provinciarum argenti pondo vice-na, phialas tenas, mulos binos, equos binos, vestes forentes binas, domesticas singulas, balnearias singulas, aureos centenos, cocos singulos, & si uxores non haberent, singulas concubinas acciperent, quod sine eis esse non possent, reddituri depositâ administratione mulas, mulos, equos, muliones, & cocos; cætera sibi habiura, si bene egissent; in quadruplum reddituri, si malè. Secundò iudici præstatur quadam minuta commoda pecuniæ, quasi per stipem collecta iure actorum, quæ iudex quotidie facit, quæ vocantur vulgò sportulæ, de cuius nominis significatione agunt congesti à Gothofredo & Barbofa in rubric. C. de sport. tit. 1. Alex. ab Alex. lib. 5. dier. genal. cap. 24. Cælius Rhodigin. lib. 22. lectio. cap. 21. Guidus Pancitola in notitia Imper. occid. cap. 99. Alciatus lib. 3. dispus. cap. 17. Garlas de expensis cap. 21. ex num. 11. Iudices delegati à litigantibus sportulas accipiebant, si quæ responsa, ff. mandati. Authent. de iudicis, collat. 6. cap. ne auctem 9. Justinianus autem ut obviam iret iudicium fordibus, eorum sportulas ad certam quantitatem redegit, quam impunè excedere non licuit; nam pœna tripli, & quadrupli in transgressores statuta est in triplici, Insuper de actionibus, Authent. de litig. & sportul. collat. 6. Et licet hæc sportularum ratio non extet sub titulo Codicis de sportulis, ejus tamen crebra mentio fit à Justiniano in Authent. ut iudices sine suffragio, & volumus: & in 3. no auctem, authent. de iudic. constituit Justinianus iudices pedaneos accipere posse ab utraque parte duos aureos in contestatione, & eodè in fine negotii, in litibus excedentibus quantitatem centum aureorum. Certa nempe summa nomine sportularum ab eodè statutur in favorem Ecclesiæ in Authentica Sed hodie, C. de Episcop. & Cler. ubi notavit Mornacius. Et licet dicta Iustiniani constitutio reperitur in cap. inducia, & offeratur 3. q. 3. tamen Bonifacius VIII. prohibuit iudicibus delegatis aliquid accipere iudicii causâ, nisi viatici nomine; si quando extra domicilium proficisci contingerit,

De salariis et emolumentis iudicum.

LIBRARY  
UNIVERSITÄT  
PADERBORN



cap. statutum, §. insuper, de rescript. in 6. quia cum  
causae Ecclesiasticae nulli, nisi dignitate prae-  
ditis, aut personarum obtinentibus committantur,  
cap. statutum, in principi. de rescript. in 6. & illis  
beneficiorum reditus ad sustentationem sufficiant,  
corpis conjuncti possent in ipsos avaritiae labes,  
si sustentationis titulo stipendia à partibus liti-  
gantibus reciperent. Tertium genus emolu-  
mentorum est pars quaedam pecuniarum pecu-  
niae, quam ob varia delicta leges iudicibus as-  
signant, ut in pluribus legibus Recopil. ubi ter-  
tia, vel quarta pars assignatur iudici, ut in l. 1. 2.  
§. 10. in 10. lib. 3. Recopil. Ultra haec emolumentum  
iudicibus, tam ordinariis, quam delegatis, non  
debet aliquod munus accipere à litigantibus;  
propterea Moyses Exodi cap. 23. vers. 8. inquit:  
Nec accipies munera, quia etiam excocant pruden-  
tes, & subvertunt verba iustorum. Quod etiam re-  
petuum legimus Deuteronomio cap. 16. §. 27. vers. 27.  
Ecclesiast. cap. 2. Isaia cap. 3. vers. 23. Plura Gi-  
balinus de negotiorum rom 2. lib. 6. cap. 3. Nec  
est quod in iudice plus metuant legislatores; nam  
imperatores in l. 3. C. ad leg. Juliam repet. inquit:  
Omnes cognitores & iudices à pecuniis, ac-  
que patrimonii manus abstineant, nec alienum iur-  
gium putent suam praedam. Et Justinianus dum  
administratores ad iudicium adigit in Authent.  
de mandat. Principum, inquit: Oportet te pure su-  
mmentem administrationem, & sine omni suffragio,  
pra omnibus aliis mundas servare Deo, nobisque  
& legi manus, & nullum contingere lucrum, ne-  
que majus, neque minus: & l. sancimus, 6. C. ad  
leg. Jul. repetund. Cujus juramenti etiam memi-  
nerunt Demosthenes contra Timocr. Jul. Pol. lib. 1.  
enomast. Plutarchus in Solone, Heraclid. de polit.  
Athens. et Iulianus Simancas de republ. lib. 6. cap. 3. §. 4.

Ex quibus colligitur, jus civile execrandum  
hoc delictum variis modis vitare intendisse, va-  
riis statutiis poenis, ne iustitia violaretur, ut di-  
citur in l. si remunerandi 6. l. salarium 7. ff. man-  
dati, l. si contra 20. C. eod. tit. l. item 15. C. de pro-  
curat. Unde post varias leges de pecuniis repe-  
tendis latae, quas congerit Sigonius lib. 2. de  
iudicis, cap. 27. lata fuit lex Julia à Caio Julio  
Caesare, qua tenetur qui in magistratu, potestate,  
ratione, legatione, vel quo alio munere,  
ministerioque publico quid acceperit, quo mag-  
gis, aut quo minus officium faceret, l. 1. 3. 4. 6. 7.  
§. ult. ff. ad leg. Jul. repetund. D. Isidorus lib. 7.  
orig. cap. 26. ubi repetundarum reticere ait eum,  
qui pecuniam accepit à locis: ubi legendum  
esse, à subditis; jam notavit Förnerius lib. 2.  
verum quotid. cap. 13. In ea lege; appellatione  
Magistratus, non solum provinciales, quorum  
causa lex lata fuit; Cicero de divinazione, ibi:  
Quasi vero dubium sit, quin tota lex de pecuniis  
repetundis sociorum causa constituta sit; nam ci-  
vibus cum sunt cepta pecunia, civis fore actione,  
& privato iure repetuntur. Haec lex socialis est,  
hoc ius exterarum nationum est; verum & urbani, l.  
6. §. 2. ff. eod. & municipales veniunt, ut in l. Julia  
de ambig. ex l. unicus. x. ff. ad leg. Juliam de ambig.

Verbo legationis, non solum comprehenduntur  
legati missi pacis, vel belli causa, verum & alii  
ad caetera negotia expedienda missi. Verba  
quae sequuntur de munere, officio, ministerio  
publico, quia sunt generalia, comprehendunt  
comites, Praefides, assessores, cognitores, iudi-  
ces pedaneos, l. 5. ff. ad l. Jul. repet. l. 3. C. eod.  
Paulus lib. 5. sentent. in 28. l. si quis 38. §. iudicis

De lege Ju-  
lia repetun-  
dar.

res. ff. de poenis, l. 3. C. de assessor. procuratores fi-  
sci l. 5. C. ubi caus. sic. Item centuriones, qui ob-  
legendum; mittendumve militem pecuniam acce-  
pere. l. 6. §. lege Julia; ff. ad l. Jul. repet. vel qui eum  
in fallum numerum militum retulit, l. ult. §. pro li-  
mitatis; C. de officio Praefecti Afric. aut qui occa-  
sione transitus militatis per concussionem ali-  
quid extorsit, Novel. 130. Item Proconsul, qui  
legatum ante se de provincia dimisit, l. memi-  
nisse 10. §. 1. ff. de officio Proconsul. Senator, qui na-  
vem maritimam habuit, l. auferitur 46. §. quod à  
Praefecto; ff. de iure fisci, l. 3. ff. de vacat. muner.  
Nec solum praedicti Magistratus ea lege tenentur  
si aliquid illicitè acceperint, verum etiam &  
delictis comitum, & ministrorum suorum in qua-  
druplum conveniuntur, l. 1. C. ad l. Jul. repet. Nihil  
enim interest, ipsè exples provinciam, an  
per praedatores id facias. Cicero 4. in Verrem:  
Cohors tota illa tua, quae plus mali Sicilia dedit,  
quam si centum cohortes fugitivorum fuissent, tua  
manus sine controversa fuit. Quaequid ab horum  
copia captum est, id non modo tibi datum, sed tua  
manu numeratum iudicari necesse est. Et paulo  
post: Si enim innocentes existimari volumus, non  
solum nos abstineant, sed etiam nostros comites  
praestare debemus. Si autem comites hi sumum  
vendant, illi incident in legem Juliam repetun-  
darum, l. in comites, §. ff. eod. non autem Magistra-  
tus. Punim vendere à veteribus dicebantur, qui  
cum Magistratibus, sive Iudicibus familiares  
essent, aut se tales esse mentientes, simulato  
commendationis officio; eventum sententiae, ac-  
cepta pecunia; litigatoribus vendebant, de qua  
Paulus lib. 5. sentent. tit. de lege Cornelia testa-  
ment. ibi: Si quid de iudicis amicis, vel familia-  
ritate mentientes; eventus sententiarum eas ven-  
dant, quidvis obventu nominis eius agant, convicti  
pro modo delicti aut relegantur, aut capite puniuntur.  
Illustrat Durantus lib. 1. disput. cap. 25. Fi-  
deiussores tamen datus à Magistratu non tenentur  
ad hanc; vel similem poenam, l. fideiusso-  
res 68. ff. de fideius. quia in eam causam acceptum  
non est.

Nec interest, utrum Magistratus titulo do-  
nationis munera accipiant, an eam simulante  
sub specie emptionis, locationis; mutui; vel al-  
terius contractus, ea recipiant; quin sine em-  
ptione in eis simpliciter improbantur, ne  
meta imperii, vilius addicere res suas subditi  
cogantur, l. unicus. C. de contract. iudic. l. solent 6.  
§. ult. ff. de offic. Proconsul. l. penult. §. 1. l. ult. C. ad  
leg. Juliam repetund. Cicero 6. in Verrem, ibi:  
Quae sunt causa cur maiores nostri eos, qui cum po-  
testate, aut legatione in provincia sunt, tam dili-  
genter in provinciis ab emptionibus removerent?  
Haec iudices, quod putabant ereptionem esse, non  
emptionem; cum venditori suo arbitrari vendere  
non liceret in provinciis. Intelligebant, si is, qui esset  
cum imperio, ac potestate, quod apud quemque  
esset, emere vellet, idque ei liceret, fore, ut quod  
quaque vellet, sive esset venale, sive non esset,  
quanti vellet, auferret. Circa tenus certum est  
Magistratus prohiberi illud exercere intra pro-  
vinciam; accipere verò an prohibeantur non  
item constat. Interpretes dissentunt propter  
pugnantia invicem iura. Et iudicem non posse  
gratis mutuum accipere; docuerunt Decianus  
lib. 8. tract. criminu. cap. 35. §. 7. Fatianus in prati-  
q. tit. num. 171. Azvedus in l. 1. num. 23. in 6.  
lib. 3. recopil. Boadilla lib. 2. polit. cap. 12. ex  
num.

De mutuo  
accepto à  
iudice.



11. *num. 61. plures congesti à Carlevalio de judic. tom. 1. disput. 3. num. 2. qui moventur ex lege 56. tit. 5. lib. 2. recopul. l. 1. ut. 6. lib. 3. ubi generaliter docetur, judicem corruptum censeri, si aliquid, ex quo compendium sentiat, accipiat. Expendunt etiam legem quisquis 16. C. si certum petatur. Contrarium verò, immò judicem mutuum gratis à subditis accipientem, non incidere in legem Juliam, docuerunt plures congesti à Carlevalio ubi supra, pro quibus faciunt textus dicti in l. principalibus 33. cum lege sequenti, §. Praeses 1. ibi: Praeses provinciae pecuniam funebrem accipere non prohibetur ff. de rebus credit. l. penult. C. si certum petatur. In quo Interpretum dissidium placet distinctio, quam variis limitationibus, & ampliationibus illustrat Carlevalius ubi supra, videlicet, ut iudex mutuum pecuniam à litigantibus accipere non possit, ab aliis verò accipere non impediatur, praecipue si in fraudem legis Juliae id non faciat. Prosequitur latius Carlevalius ubi supra.*

Hic crimini coercendo variae fuerunt à legiflatoribus, tam sacris, quam prophanis poenae statuae; & omnis vetustissimis exemplis iudicum, qui propterea, quod pecunià corrupti se passi fuerunt, levissimè puniti reperiuntur, quorum primum refert Herodotus lib. 5. his verbis: *Cambyses Perfarum Rex Siamnem ex Regis iudicibus, quod iniuste ob pecuniam iudicasset, occidit iussit, & detrahi coram, atque in loca condeci, quibus Tribunal, in quo ille sedens iudicaverat, interdixit, ibidemque ejus filium Oranem sedere iudicem praecipit, atque memorari, in quo Tribunali iudicaret. Idem Herodotus lib. 7. scribit, Darium I. Sandocem, qui iniquam sententiam ob pecuniam tulerat, cruci affixisse. Ammianus Marcel. lib. 28. eadem de causa inquit: *Parsi forte etiam Procurator moneta exinctus est. Ut poenas ex iure civili Romanorum inflictas recenseamus, prima legis decemviralibus haec erat, ut iudex convictus ob rem iudicandam pecuniam accepisse, aut qui turpe iudicium nundinaretur, capite plecteretur, teste Gellio lib. 20. noctium, cap. 1. Domitianus Imperator huiusmodi sordidos iudices infamia notavit, teste Suetonio in ipso, cap. 8. ibi: *Nummarios iudices cum suo quemque consilio notavit, ubi eleganter Tranquillus eos appellat iudices nummarios, id est, lucri avidos; ut etiam vocantur D. Hieronymus in epistola ad Onasium, ibi: *Volo in nummarios invehit Sacerdotes. Seneca lib. 1. de beneficiis. cap. 19. Provincias spoliari nummariis Tribunal. Cicero 1. ad Atticum, & in oratione pro Cluentio; Marcel. Donatus in dicto cap. 8. Suetonii: *consentit Domitiano Constantinus in leg. ult. C. de poena iudicis, qui male. Ex lege Julia repetendarum duplex poena fuit: altera litis aestimatio in quadruplum; altera corporalis, ut relegatio, verberum afflictio, & aliquando mors, leg. 7. §. ult. ff. ad leg. Juliam repetund. l. si quis 38. §. indices 10. ff. de poenis. Novella 8. cap. 8. Gravissima certe illa lex est Gratiani, Valentini, & Theodosii Augustorum ad Neothecium Praefectum Praetorio, in l. 12. C. de dign. lib. 12. ibi: *iudices, qui se furvis, & sceleribus fuerint maculasse convicti, ablati codicillarum insignibus & honore exuti, inter pessimos quoque & plebeios habeantur, ne sibi posthaec de eo honore blandiantur, quo se ipsos in-******

*dignos iudicaverunt. Eodem spectat lex illa Constantis & Constantii in l. 27. C. Theodof. de Decurionibus, ibi: *Rarum Carthaginis stendissima Senatium, & exiguis admodum Curiales residere conqueustus est, dum universi indebita dignitatis insulas facta familiaris rei vexatione mercantur. Iguur istiusmodi viri, demptis honoribus imaginariis, huiusmodi illi erunt, quos fuerant consecuti, civis muneribus subiungentur. Quoad litis aestimationem litis aestimatur in quadruplum earum pecuniarum, quas in administratione constitutus, vel post eam depositam, pro administratione tamen accepisse dicitur, l. 2. ff. l. 1. 2. & 3. C. ad legem Juliam repetund. Et si iudicio criminali aliquis ex populo agat, ultra aestimationem, poena durior infligenda est, dicta lege ult. ff. ad legem Juliam repetund. Si verò civili experietur, tantum litis aestimatio praestatur. Tunc autem civili iudicio agitur, cum levius admissum videretur, quam ut exilium, vel aliam duriozem poenam reus mereatur. Plinius lib. 2. epist. 11. ibi: *Marius Priscus accusantibus Afris, quibus Proconsul praesent, omnia defensione iudices petuit. Ego, & Cornelius Tacitus adesse Provincialis iustissimus; notum Senatui fecimus, excessisse Priscum immanitate, & severitate in crimina, quibus dari iudices possent, cum ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, pecuniam accepisset. Quo casu civilis iudicii accipiendus est textus in l. 1. §. quod, penult. C. ut omnes iudices. Agitur etiam civili iudicio, cum ab haerede defuncti quadruplum petiitur, l. 2. ff. ad legem Juliam repetund. ex principio textus in l. crimen 26. ff. l. sancimus 22. C. de poenis. Quadruplum hoc olim actori tribuebatur, l. 1. C. ad legem Juliam repetund. Cicero 2. in Verrem; ibi: *Due res consequentur damnationem: altera redditio pecuniae eius, ad quos pertinebat; in quo vel simpli, vel dupli, vel quadrupli ratio dicebatur: altera exilium. Hodie dividitur inter actorem & fiscum, l. 3. C. de assess. nec sublatam esse hanc poenam per Authententicam novo iure, C. de poena iudicis, defendit Antonius Matthaeus de crimin. lib. 48. tit. 8. cap. 2.****

Quoad poenas corporales sciendum est, ex eadem lege Julia juxta gravitatem delicti admissi poenam infligi; itaque capite puniuntur, qui ob hominem morte damnandum pecuniam acceperunt, dict. l. 7. & simul datur actio legis Corneliae de sicariis, l. 1. 3. & 4. ff. ad leg. Cornel. de scar. in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur iudices pedanei pecuniam corruptis d. l. si quis 38. §. iudices, de poenis; quia cum de causis pecuniaris tantum cognoscerent, levius delictum admittebant. Exilium sequebatur bonorum publicatio, nec tantum iudice vivo, verum & eo defuncto, quaestione instaurata, ab haeredibus bona auferantur, l. ex iudiciorum 20. ff. de accus. & inscrip. licet hoc jus aliquando intermissum Plinius referat lib. 3. epist. 9. his verbis: *Bonicia etiam in defuncti de repetundis accusatione persistabat: provisum hoc legibus, intermissum tamen, & post longam intercapedivem tunc reditum. Et constat ex calu Licinii Maeri, relato à Valerio Maximo lib. 9. cap. 12. Alia prosequitur ex iure civili Ant. Matthaeus ubi supra. Sacris Ecclesiae canonibus iudex munera recipiens tenetur ad eorum restitutionem, ex dicto cap. statutum, §. in super: de Rescript. in 6. docent Layman. lib. 3. sum-*

121  
De iudicio  
criminali



ine, tit. de contractationibus, cap. 4. num. 10. Sanchez lib. 3. consil. cap. unic. dub. 2. eosque in excommunicationem incidere statuit Clemens VIII. constitutione 8: quam post Bonaciam, & Castrum Palaum explicat Gibalinus in synops. censur. verbo Munera. Iudices etiam ecclesiastici munera accipientes suspenduntur per annum ab officio, cap. 1. de sent. & re iudicata, lib. 6. Jure nostro Regio constituta est pœna privationis officii, & iudices tenentur munus acceptum restituere cum duplo, aut septuplo, l. i. tit. 9. lib. 3. recopul. Solorzan. tom. 2. de jure Indiarum, lib. 4. cap. 4. num. 18. licet eo jure attentio non teneri iudicem in conscientia acceptum restituere, defendat D. Joann. de Larrea alleg. 47. n. 27. Illud etiam peculiatiter jure nostro cautum est, videlicet ut crimen hoc probetur testibus singularibus, l. 6. tit. 9. lib. 3. recopul. quam explicat Larrea alleg. 48. per totam.

Et merito hæc omnia statuta sunt in hoc gravi, enormique crimine; quia omnino evertitur justitia, si Iudices sordida avaritia coinquinentur, & ejus affectui turpiter cedant; quid enim tutum, si muneribus via sternatur? Quid purum, si donis contaminetur? Unde Cicero alt. 1. in Verrem, aiebat: *Ingentes divitiarum religionem, veritatemque solent perfringere.* Et lib. 1. ad Atticum, scribit, Catullus cum vidisset quendam ex iudicibus, quos pecuniâ Clodius corruperat: *Quid vos à nobis presidium postulastis, an ne nummi vobis eriperentur, tenebatis?* Et rectè Horatius satyra 2. ait:

*Malè verùm examinat omnis*

*Corruptus iudex.*

Et Petronius inquit:

*Ergo iudicium nihil est nisi publicæ mercis,*  
*Atque Eques in causa qui sedet empta probat.*

Idem Horatius 4. carm.

*Iudex honestum prætulit utili, & rejicit alto*  
*Dona nocentium vultu.*

Et Ovidius 1. amor.

*Non bene selecti iudicis aëra patet.*

Munerum enim acceptio ita excacare solet iudices, ut quid iustum, quid iniustum sit, non videant: ita aures eorum obdurat, atque corrumpit, ut voces litigantium non rectè percipiant, vel discernant: ita linguam manus eorum constingit, ut ad justitiæ normam neque pronuntient, neque distribuunt quicquam: efficit denique, ut exemplo Magistratuum ipsi oppressi oppressores fiant, ut quæ neglecto bono publico, ea quæ in thesaurum civitatis congeri debebant, in paucorum sacculos rapiantur. Totum complectitur Carolus Scribanus lib. 2. polit. Christi. cap. 9. his verbis: *Dei verba sunt, quid cecitate miserius? à muneribus cecitas nata: fuge munera quisquis oculos amat, cecitatem avertaris: neque plebejos tantum oculos, sed sapientium excacant munera; quid facient in aliis? non excaculant tantum, sed periment: ea vis munerum nihil inexpugnatum, nulla robora, nulla propugnacula, arma nulla, &c. Nihil magis equidem & Provincias, & Urbes Romano Imperio subjectas ad defectionem permovit, accendit, inflammavit, quam aperta illa, & citra pudorem iudiciorum fœdissima; atque iniquissima nuntiatio. Quò fit, ut verissimè Tertullianus lib. de pallio, illud pronuntiasse videatur: *Plus toga laesere Rempublicam, quam lorica.* Ac quamquam istud firmari possit exemplis, nullum tamen vel*

illustrius, vel accommodatius reperiri potest exemplum, quam Bagaudarum in Gallia, Diocletiano Imperatore; cujus non minus eleganter, quam verè extat descriptio apud Salvianum lib. 5. De Bagandis, inquit, nunc mihi sermo est, qui per malos iudices & cruentos spoliati, afflicti, necati, postquam in Romane libertatis amiserunt, etiam honorem Romani nominis perdididerunt. Et imputatur his infelicitas sua, imputamus his nomen calamitatis sue, imputamus nomen quod ipsi fecimus, Et vocamus rebelles, vocamus perditos, quos esse compulsums criminosos. Quibus enim aliis rebus Bagaudæ fracti sunt, nisi iniquitatibus nostris, nisi improbitatibus iudicum; nisi eorum proscriptioibus & rapinis, qui exactionis publicæ nomen in questus propriis emolumenta verterunt, & indictiones tributarias, prædas suas esse fecerunt? Qui in similitudinem immanium bestiarum non revertere tradidit sibi; sed devoravit; nec spoliis tantum hominum, ut plerique latrones solent, sed laceratione etiam, & ut ita dicam, sanguine pascebantur: ac sic actum est, ut latrocinio iudicum strangulati homines, & necati, inciperent esse quasi barbari, qui non permittentur esse Romani. Plura congesterunt Bobadilla lib. 2. polit. cap. 11. & 12. Cochier lib. 3. aphorism. polit. cap. 19. Marquez in Gubern. lib. 1. cap. 20. innumeri congesti à D. Joanne de Larrea dicta alleg. 47. Unde rectè in præsentem graviter iudicibus Ecclesiasticis interdicitur, ne ultra stipendia sibi assignata aliquid recipiant, etiam prætextu consuetudinis; quia Ecclesiastici non solum debent abstinere ab eo, quod est in se malum verum, sed ab eo etiam, quod occasionaliter potest esse malum; quare licet iudices sæculares recipiant ultra salarium decimam litis; Ecclesiastici tamen eam exigere non possunt, quia ab omni suspitione mali procul debent esse remoti.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam Innocentius III. in præsentem non statuit iudicem delegatum propriis stipendiis militare cogi; siquidem supponit jam, illi stipendium fuisse assignatum, ibi: *Ecclesiasticus reditus deputati.* Unde injustè ultra proprium salarium decimam litis exigere intendebant. Quid tamen hodiè procedat attentio jure nostro Regio circa iudices delegatos salarium habentes, vel non; & an sportulas, necnon partem pœnæ iudici assignatam percipere possint, latè disputat Carlevallius de iudicis lib. 1. tit. 1. diffin. 4. per totam. Nec obstat augmentum ejusdem difficultatis; deductum ex dicto capite ad Apostolicam, de simonia; nam in ejus specie Pontifex pius, & laudabiles consuetudines fidelium jubet observari. Ceterum in præsentem casu nihil pietatis intendi poterat in decima litis extorquenda; in dicto enim capite ad Apostolicam, pius erat, clericos, & Ecclesiæ ministros fovere, & alere; quæ pietas in præsentem abest, cum reditus Ecclesiasticos ipsi iudices aliunde perciperent; unde non debebant decimam litis, aut similem partem extorque.

Sed supra traditis obstat textus in l. 2. §. final. ff. de condit. ob turpem, in illis verbis: *Sed si dedi,* ut secundum me in bona causa iudex pronuntiare, est quidem relativum, conditionis locum esse. Ex quibus deducunt Alexander Fulgos. Jason, Costal. ibi: Diareti. ad eandem titulum, cap. 3. in fine, eo casu, quo aliquid iudici datur; ut in bona causa pro me sententiam dicat, non competere

11.  
Traditur  
ratio decimam  
denari.

14.  
Dispositum  
dubitandi  
ratio.

15.  
Exponitur  
l. 2. §. final.  
ff. de condit.  
ob turp.



conditionem ob turpem causam; sed eo casu non solum iudex, verum qui pecuniam dedit, incidit in legem Juliam repetundarum. Ergo illi non competit conditio; cum turpitudine etiam ex sua parte daretur. Pro huius textus expositione sciendum est, quoad poenam legis Juliae repetundarum nihil interesse, utrum in bona causa, aut mala iudex munera acceperit, l. 4. ff. l. 3. C. de condit. ob turpem. Nam si non licet accipere, quo magis officium facias, si turpiter datur, quod iudici datur, utique nec in bona quidem causa accipere licet. Sapienter Plato lib. 12. de legibus, ibi: *Qui patria in aliqua remuneratione, aut ratione nobis persuadent, in rebus quidem bonis suscipienda esse munera, in aliis minime. Nam & cognoscere facile est, nec cum cognoveris, continere. Idcirco tutius est legibus obtemperare de rebus nulla pro patria ministerio munera esse suscipienda; si quis vero minus obtemperasse damnatus fuerit, moriatur.* Immo etiam datum fuerit iudici remunerationis causa; non enim licet, etiam postquam sententiam protulerit, accipit, ut probat Alciatus in l. principalibus, ff. de rebus creditis, & lib. 2. parer. cap. 49. Licet contrarium doceant Bartol. in l. Aquilus, ff. de donat. Zalius in l. 3. num. 20. ff. de rebus creditis. Decianus lib. 8. tract. crimin. cap. 40. num. 9. Menochius lib. 2. de arbitrar. casu 342. num. 6. Farinacius in praxi §. 212. Sed aperte eorum sententia convincitur ex l. ultima, C. hoc tit. l. 1. §. hoc autem, ff. de calumni. quibus ex locis constat, ne quidem post depositam administrationem Magistratus posse aliquid accipere pro beneficio tempore administrationis praestito. Idem confirmat Cicero 3. de legibus, dum ait: *Donum ne capiant, neve dano, neve petenda, neve gerenda, neve gesta possint.* Nec juvat Bartolum dicta lex Aquilus 27. nam ibi non Praetori, ut perperam olim legebatur, sed Reetori, ut in Florentinis legitur, donatio facta fuit. Nec valet argumentum: Remuneratio non est absoluta liberalitas, Ergo iudici fieri potest. Verat enim lex etiam remunerationem, nec absque ratione; nam si ea permitteretur, illius spe semper iudices pro locupletioribus dicent. Deinde sciendum est, litigatorem iudici munera dantem incidere in legem Juliam repetundarum, d. l. ultima Cod. & litem amittere, ex constitutione Imperatoris Antonini in l. 1. C. de poena iudicis: ad quam respexit Ulpianus in d. l. 2. §. 1. Nec tunc obstat difficultas supra expensa; nam potius verum est in specie dicti §. ultimi, conditioni ob turpem causam locum non esse, ut docent Osvaldus lib. 4. Donellii, cap. 2. littera C. Cludius ad tit. de condit. ob turpem, cap. 2. n. 11. Neque contrarium probat Ulpianus ibi; utitur enim ad verlativam oratione; sed hic quoque; cuius natura, & vis est, ut tollat quod praecessit, alioquin enim praecedentibus subserviret, & non adverteretur. Unde liquet veterum sententiam antea relata fati improbare Ulpianum, quod manifeste apparet ex ipso orationis contextu; ait enim Ulpianus: *Sed hic quoque crimen contrahit.* Quod certe nihil est, quam turpiter eum dare, & in persona dantis turpitudinem vertari; crimen autem eum, qui dat, contrahere, ex poena, quae in fine ipsius versiculi additur, liquid constat, litem videlicet eum perdere; quae poena fati gravis apparet, cum in bona etiam causa liti damno is qui dedit, afficiatur. Est

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. 11 l. Pars I.

itaque in hac specie turpitudine dantis, quo casu conditionem cessare, notum est, l. item 4. §. sed quod 4. ff. eod. tit. Neque obstat, nihil turpe fecisse eum, qui iudici quid dedit, ut in bona causa secundum se pronuntiaret; nam, ut ait Ulpianus, iudicem corrumpere videtur. Eo enim ipso, quod dat, iudicem sibi obstringit, ut secundum se, sive bona, sive mala sit causa, pronunciet; ne contra eum qui dedit, sententiam proferendo, cogatur acceptum reddere. Et sane libera potestas iudicandi relinquenda est iudici, ad cuius officium pertinet, secundum leges iudicare, §. 1. Insti. de officio iudicis. Hanc autem iudicandi facultatem impedire, & iudicis animum corrumpere censetur, qui illi pecuniam dedit; quia qui accipit, modis omnibus cogitat, ut danti gratificetur: & quamvis qui dedit, bonam causam se fovere dicat, tamen res aliter se habere potest, videlicet ut causa improba deprehendatur.

Superest pro coronide huius commentarii, ut aliqua de xeniis iudici larginis videamus, & sciendum est, xenia dici munera hospitalia, id est quibus hospites invicem se munerantur; quod maxime fieri consueverat Saturnaliorum diebus. Unde Martialis tertiumdecimum librum operis sui, in quo huiusmodi munera distichis describit; Xenia appellavit, quod verus ipsos pro xeniis mitteret, vel; quae mittebat munera disticho exornaret, ut his versibus idem ostendit.

*Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello*

*Constabit nummis quatuor empti tibi.*

*Quatuor est nimium, poterit constare duobus;*

*Et faciet lucrum bibliopola Triphon.*

*Hac licet hospitibus pro munere disticha mittas,*

*Sit tibi tam rarus, quam mihi nummus erit.*

Notavi in cap. 1. de consuet. verbo Xenis. Circa xenia haec, iudices veterem Graecorum sententiam observare iubentur in l. non solent. §. non vero, ff. de officio Proconsul. l. plebiscito 12. ff. de officio Praefidis; ut nec omnia accipiant, neque passim neque ab omnibus; namque valde in humanum est, a nemine accipere, sed passim, vilissimum, ab omnibus, avarissimum. Accipi ergo poterant xenia edulia, quae intra proximos dies prodigi poterant, & hospitibus hospitalitatis causa dabantur usque ad quantitatem certorum annorum, l. 1. §. 1. l. 6. §. ult. l. 7. §. 1. ff. ad legem Jul. repetund. Si autem munera erant; tunc ea accipere non valebant. Plinius lib. 4. epist. 9. de Julio Basso haec ait: *Homo simplex, & incautus quaedam a provincialibus ut amicus acceperat; nam fuerat in eadem provincia quaestor. Haec accusatores furta, ac rapinas, ipse munera vocabat; sed lex munera quoque accipi vetat.* Jure etiam canonico permittitur iudicibus delegatis esculenta, & poculenta accipere, cap. statutum, §. insuper, de rescriptis lib. 6. nec modica esculenta, seu poculenta accipere etiam iudicibus ordinariis prohibetur; quo modo accipio Concilium celebratum in palatio Vernis sub Pipino Rege Francorum, & Stephano III. can. 25. in, illis verbis: *Et nullus Episcopus, nec Abbas, nec laicus propter justitiam faciendam sportulas contraditas (id est veteras) accipiat, quia ubi dona intercurrunt, iustitia evacuat.* Jure tamen nostro Regio lite pendente, non licet a litigatoribus etiam esculenta accipere, l. 7. ibi: *Ne viandas, ni otros bienes, ni cosas algunas: titulo 15. lib. 4. ordin. secus vero finito negotio, l. 3. ibi: Salvo cosas de comer, o beber, o frecidas de grado: titulo 15. lib. 2. ordin. ubi late exponit Didacus Perez.*

D CAPUT



## CAPVT XI.

Idem (a) *Livon. Episcopo, & eis qui cum ipso sunt, fratribus.*

**D**Eus, qui Ecclesiam suam novâ semper prole fecundat, volens moderna tempora conformare prioribus, & fidem catholicam propagare, prædecessoribus vestris, & vobis post eos pium inspiravit affectum, ut Livon. ingressi provinciam, paganis evangelizaretis nomen Domini Jesu Christi, eorum sequentes exemplum, quibus in Evangelio legimus esse dictum; Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. De quibus evangelicus sermo subjungit: Illi autem profecti prædicaverunt, ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Attendens etenim evangelicus ille paterfamilias, quod messis est multa, operarii autem pauci, adhuc mittit operarios in messem suam, & in hac quasi undecima hora vineæ suæ novos deputat vinditores, quorum laborem pariter cum primis denario recompenset. Unde cum evangelizandi officium eo assumpseritis inspirante, qui facit utraque unum; oportet vos in unitatis & charitatis spiritu ambulare, illorum sequentes exemplum, de quibus legitur: Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. Ne igitur, si dispar in vobis observantia fuerit, & dissimilis habitus, apud eos, quibus unum Evangelium prædicatis, scandalum suscitetur, priusque dividatur populus ille novus in partes, quam in unam Ecclesiam congregetur, cum paratus sit adhuc inimicus homo messi Dominicæ superfeminare zizania: disc. v. mon. & exhort. in Domino, per A. vobis ser. mandantes, quatenus eo non obstante, quod inter vos monachi sunt, & canonici regulares, vel alii etiam regularem vitam sub alia distinctione professi, pariter in unum regulare propositum, & honestum habitum, quantum ad hoc spectat officium, conformetis; ne nova Ecclesiæ Livon. plantatio pia m. p. tui, frater (b) Episcopo, sanguine rubricata, vel leve in vobis scandalum patiat, per quos radicanda est in fide catholica, & fovenda.

## NOTÆ.

r. (a) *Livon.* Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 2. & in cap. final. de divorciis, cap. Deus 8. de penit. & remis. ubi alia partes hujus Decretalis referuntur. Livonia regio est Septentrionalis, vulgò dicitur *Lieslant*: eam habent Prussi Litvani, & Russi, habetque Livonia alias nationes, tam moribus, quam lingua diversas: Regio est nemorosa, plana, sine montibus, magna ex parte inculta: habet civitates amplas, sub Imperio Magistrorum Teutonici Ordinis. Hujus provincie incolæ fidem catholicam susceperunt temporibus Innocentii III. ut constat ex ejus epistolis lib. 4. registr. 6. epist. 124. 125. & epist. 126 ita scribit. [Ad vestram jamdudum notitiam credimus pervenisse, quod Dominus noster, qui neminem vult perire, sed ut omnes ad agnitionem perveniant veritatis, ad partes Livoniae calcamentum suum miseratus extendit, & nonnullos gentilitatis tenebris obvolutos, ab eis ostensa sibi luce magna, quæ ipse est, miseris corditer liberavit. Cùm autem venerabilis frater noster Estiensis Episcopus, qui prædicando in jam dictis partibus verbum Dei multum laboravit in Evangelio, & divinâ gratiâ cooperante profecit, animo indefesso desideret portare coram gentibus, & Regibus verbum Dei, & ad messem, quæ multa est, sufficere operarii pauci non possint, universitatem vestram monemus in Domino, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus cùm idem

Episcopus aliquos de fratribus vestris ad hujusmodi monasterium utiles, & idoneos, ad vobis duxerit exigendos, sibi duos, aut saltem unum de vestris collegiis singuli concedatis, ut cooperantibus ipsis currat velociter sermo ejus, qui emittit eloquium suum terræ. Vos denique filii Abbates super vobis ipsis, &c. Datum Laterani 3. Kalend. Novembris, Pont. N. anno xvi.] Ex quibus verbis apparet Innocentium in præsentis alloqui cum Episcopo Estiensis Livoniae Legato, & Prædicatore. Illud in præsentis non omitam, quod refert Lælius Bisciola lib. 3. horar. success. cap. 16. quod dum Livones fidem Catholicam retinuerunt, nunquam à Moschis victi, aut subjugati fuerunt; postquam verò hæresi Lutherana sædatis cæperunt, Moschi eos subjugarunt.

(b) *Frater Episcopo.* Sanctus Menradus videlicet, vir perdoctus, & pius, qui Livoniae prædicans, innumeros, & cum eis Cob m Livoniae Principem ex Gentilitate ad fidem Catholicam reduxit, qui postea ad petitionem ipsius Principis Episcopus designatus fuit illius loci, ubi nunc est Riga Metropolis, ut refert Albertus Krantius lib. 7. Saxon. cap. 3. Joannes Bohemus lib. 3. de nat. omn. gent. cap. 8.

## COMMENTARIUM.

**H**æc Innocentii constitutio non est generalis, sed provincialis tantum, & specialis respectu Livonensium, qui noviter ad fidem conversi erant, quibus nonnulla indulgentius



centius in presenti, & in dicto cap. final. de divor-  
tius, cap. Deus, de penit. & remis. ne in ipso ini-  
tuo amplexa religionis christianæ offenderentur,  
aut exasperarentur: & cum Religiosi om-  
nes, & canonici regulares habitu à cæteris fi-  
delibus laicis distinguantur, Concilium Nica-  
num can. 76. ubi jubetur Religiosos, tum mona-  
chos, tum moniales, alia indumenta quam lai-  
cos induere, Concil. Aurel. 5. can. 19. Gangrense  
can. 12. Barchin. 2. can. 4. Dionysius de Ecclesiast.  
hierarch. cap. 6. Ordericus Vitalis in histor. Eccles.  
ad annum 1094. ibi: In salibus, & campestribus  
passim construuntur canobia, novisque ruitibus, va-  
riisque sœbetatibus trabecata peragranti cucullato-  
rum examina. Albedine in habitu suo præcipue  
stantur, quæ singulares ab aliis, notabileque vi-  
deantur. Nigredo in plerisque locis sacra Scriptura  
humilitatem designat quem idcirco colorem religio-  
sorum serior hæcenus gratanter gestat. Nunc au-  
tem nigredinem, quæ præfati Patres, iam regulares  
clerici in capite, quam monachi in cucullis ob hu-  
militatis speciem usi sunt; inde cum monachi, &  
canonici regulares, qui stabilienda, & præ-  
dicandæ religionis catholice causâ in Livo-  
nia erant, diversis vestibus uterentur, offen-  
debantur nimium tyrones in fide, quærentes;  
ubi est unum Evangelium? unus Deus? Pater  
omnium unus? unum baputisma? unus spiritus?  
unus amor? cur etiam non est unus amictus?  
unus color in vestibus? Quod agnoscens Inno-  
centius, & sciens, quod licet sine causa non  
possint monachi, vel canonici regulares habi-  
tum propriæ professionis mutare, vel omittere,  
ut probant Suarez de religione tract. 3. lib. 1.  
cap. 5. num. 5. Sanchez lib. 6. summa, cap. 8. n. 55.  
Castropalao tract. 16. disput. 4. puncto 6. Gibali-  
nus de clausura disquisit. 2. cap. 2. s. 3. consecr. 2.

per totum. Solorzan. tom. 2. lib. 3. cap. 18. num.  
19. tamen ex justa causa, & omittere, & muta-  
re alium habitum induendo possunt, præsertim  
favore religionis, & fidei propagandæ gratiâ;  
ut probat Solorzanus de jure Indiarum tom. 2.  
lib. 3. cap. 18. num. 20. Ideo Innocentius; ne in  
ipso initio suscipiendæ fidei Livonienses offensi  
varietate ista regularum, seu diversarum vesti-  
tium, aut vivendi conditione, in fide vacilla-  
rent, seti penitus eam desererent, statuit, ut  
monachi, canonici regulares, vel quicumque  
alii strictiorem vitam agentes, non in diverso  
habitu incederent, sed ut ratione vivendi, &  
regulâ pro tunc ibi uterentur eadem. Est igitur  
hæc constitutio localis, & temporalis; non  
verò generalis, aut perpetua; ejus tamen ma-  
gna ratio est; videlicet religionis augmentum,  
ob quod licita sunt quæ aliâ illicita essent.  
David enim nudus ad arcam Domini saltavit,  
quod factum D. Ambrosius refert epist. 36. his  
verbis: Neque contemptus regalis potentia est ha-  
bendus, ubi religioni exhibetur obsequium, &  
honestum est pro religione facere, etsi id incongru-  
um potestati fuerit; incongruum etiam omni  
homini. Sed quæ corporeo aspectu sunt, turpia  
religionis contemplatione reverenda sunt; & nu-  
dos, & pudendos cateroqui sanctos alios narrat.  
Et id quoque Valerius Maximus cap. 1. in catu  
simili de Pratore qui ancilia tulit: Omnia nam-  
que post religionem ponenda semper nostra civitas  
duxit, etiam in quibus summa maiestatis conspici  
deus voluit, &c. Et apud Euripidem plura Bacch.  
Non discernit Deus, siue juvenem, siue senem  
velit choros agere: sed vult ab hominibus hono-  
rari communitè, & neminem vult eximium ha-  
bere, &c. Illustrat Franciscus Florens in præ-  
fenti.

## CAPVT XII.

(a) Idem.

Cum decorem domus Domini, Et infra: Interdum (b) ludi sunt in eisdem  
Ecclesiis theatrales, & non solum ludibriorum (c) spectacula introducuntur  
in eas monstra (d) larvarum; verum etiam in tribus anni festivitibus, quæ  
continnè natalem Christi sequuntur, Diaconi, Presbyteri; aut Subdiaconi vi-  
cissim insanie suæ ludibria exercentes; per gesticulationum suarum debaccha-  
tiones obscenas in conspectu populi decus faciunt clericale vilescere, quem poti-  
us illo tempore debent prædicatione mulcere. Quia igitur ex officio nobis in-  
iuncto domus Dei nos zelus comedit, & opprobria exprobrantium ei super nos  
cadere dignoscuntur, f. v. per A. f. m. quat. ne per hujusmodi turpitudinem Ec-  
clesiæ inquinetur honestas, eos qui sunt publicè uxorati, (e) non admittatis de cæ-  
tero ad Ecclesiasticas dignitates dimissas ab eis, quas non possunt sine pravo exem-  
plo, & gravi scandalo retinere. Filiis (f) quoque Canonicorum præbendas in eis-  
dem Ecclesiis conferri non sinatis; quarum sunt Canonici patres eorum: cum  
indecorum sit, ut in Altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret, in  
quo Unigenitus Filius Aeterno Patri pro salute humani generis victimatur. Præ-  
libatam verò ludibriorum consuetudinem, vel (g) potius corruptelam curetis ab  
Ecclesiis vestris taliter extirpare, quod vos divini cultus, & sacri comprobetis  
ordinis zelatores.



## NOTÆ.

- (a) **[Dem.]** Ita etiam legitur in tertia collectione, *sub hoc tit. cap. 4.* nullibi tamen exprimitur cui Prælato rescribat Innocentius, ut jam notavi in *cap. cum decorem, de filiis Presby.* ubi extat alia pars hujus Decretalis.
- (b) **[Ludi.]** Ludos à Lydiis fuisse primùm inventos, unde ludorum vox, affirmarunt D. Isidorus *lib. 16. etymol. cap. 16.* Tertullianus *de spectaculis cap. 5.* aliter Nonius Marcellus ex Varro nis sententia existimat, Ludios ab eis dictos, quasi Lydios quos Ludiones Livius vocat *lib. 7. de decad. 6.* eandem vocis notationem indicat Valerius Maximus *lib. 2. cap. 1.* ubi de ludorum morte agit. Varia ludorum genera ab antiquis usitata congererunt Rosinus *lib. 5. antiquit. cap. 1.* ubi Demisterus, Bulengerus *lib. 1. de Imper. Roman. cap. 19.* Pantoka *in l. 1. de aleatoribus.* Amaya *in l. unica, C. de mamma.* Caberos *de metu lib. 2. cap. 8.* Verùm in præfenti non de aliis agitur, quàm de theatralibus, & scenicis, ideoque de illis tantùm disserendum est.
- (c) **[Ludibriorum.]** Ad ludibrium, legitur in sexta collectione, sed credo emendandum esse ad *ludibrium*, ut legit P. Mariana *de spectaculo, cap. 7.*
- (d) **[Monstralarvarum.]** Quod non solum clericis à sacris canonibus est prohibitum, verùm & laicis. Unde exponendi sunt de his larvis duo canones valde difficiles. Primus Concilii Nannetensis, relatus à Gratiano *in cap. nullus 7. 44. dist.* ubi inter alia que presbyteris convivantibus prohibentur, illud refertur: *Ne larvas demonum ante se ferri consentiat presbyter ullus, quia hoc diabolicum est, & sacris canonibus prohibetur.* Quibus verbis improbat, & damnatur antiquus mos introducendi per convivia larvas sic aptas, ut earum articuli, vertebraeque in omnem partem vertentur, ut conviva humanæ conditionis admoniti, largius genio indulgerent, ut probant, & morem illum illustrant Scalliger *lib. 2. lectio. Anson. cap. 26.* Justus Lipsius *lib. 1. Saturn. cap. ult.* Unde in *dist. cap. nullus, dum de conviviis presbyterorum agunt Petres, inter alia prohibent illis, ne ante se larvas fieri permittant: notavit eruditus Ramirezius ad Martialem lib. 2. epigram. 59.* Secundus canon est Concil. Altsiodorensis, *can. 1.* in illis verbis: *Non licet Kalend. Januar. vecolo, aut cervolo facere, vel stenas diabolicas observare: sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus.* Ubi perdifficile est, quid prohibeatur illis verbis, *vecolo aut cervolo facere.* Aliqui existimarunt his verbis prohiberi ne lares frontibus, ramisque vitidibus ea die ornentur; fuit enim in more apud gentes veræ religionis ignaras, ea die ramis cingere domos, quod prohibitum est *in can. 73. collect. Marini Bracharenfis, ibi: Nec lauro, aut viriditate arborum cingere domos; omnis hac observatio Paganismi est; & cap. si quis 26. q. 7.* Verùm hanc interpretationem non admittunt verba illa, *vecolo facere,* cum *vecola* ad ramos viride trahi non possit; immò potius *vecola* idem est ac *bucula*, id est, bos femina parva, sive vitula, ut probat Basilius Legionensis *q. 2. scholast.* in expositione ipsius canonis: *do inde facere, importat actum, non autem referri potest ad ornatum domus cum ramis.* Quare eâ

interpretatione omisâ Basilius Legionensis ubi proxime, existimat illis verbis prohiberi Kalendis Januariis sacrificium facere de animalibus, ut plerunque Galli faciunt, boni omnis, & augurii captandi causâ, quem morem reprehendit Martinus Brachar. *in can. 72.* & notavit Prudentius ibi:

*Jano etiam celebri de mense litatur*

*Auspiciis, epulisque sacris, quas inveterato,  
Eleu miser! sub honore agitant, & gaudia  
ducunt*

*Festa Kalendarum.*

Sed nec hæc docti viri sententia placet; quare eâ omisâ dicendum est, in eo canone inter alios vanos ritus, & fœdas superstitiones usitatas in die Kalend. Januarii, etiam larvarum usum sumptâ formâ pecudis improbari; nam cum homines Kalendis Januariis ferarum, & pecudum assumptis formis huc, & illuc petulantius discursantes, Ethnicorum ritus conservassent, ut penitus tolleretur hæc supersticiosa consuetudo, Patres prohibuerunt, ne liceat Kalend. Januar. vitula & cervolo facere, id est, sub forma vitulae, aut cervoli per plateas discurrere, ut apud nos in festis Bacchanalibus vulgò dicitur, *correr la zora.* Ex quo canone desumptum est monitorium Penitentialis Romani, apud Hedigarium *lib. 6. cap. 6.* ubi hæc sunt verba: *Si quis in Kalendis Januariis, quod multis faciunt, & in cervolo ducit, aut in vitula vadit, tres annos peniteat.* Burchardus *lib. 19. Decret. cap. 5.* hujus meminit superstitionis his verbis: *Fœdus aiquid tale, quod pagani fecerunt, & adhuc faciunt in Kalendis Januariis, in cervolo, & vitula? Si fecisti, triginta dies in pane, & aqua peniteas.* S. Patianus Episcopus Barcinonensis in *Paranesi ad penit.* sic: *Hoc etiam puto, proxime cervolus ille profecti, ut eò disingentur fieret, quo impressus notabatur, & ota illa reprehensio expressi, ac saepe repetiti, non compressisse videretur, sed erudisse luxuriam. Memiserim! quid ego facinoris admisi? Puto nescierant facere cervolum, nisi illis reprehendendo monstrassem.* Qui plura de hoc larvarum usu desiderat, adeat Sirmundum in *notis ad Concil. Altsiodor.* Hugonem Menardum in *notis ad Sacram. D. Gregorii fol. 252.* & in *notis ad regul. Divi Benedicti, tom. 2. lib. 50. cap. 13. §. 4. fol. 746. & 747.* Tamayum ad Salazar. in *Martyrol. Hispan. tom. 1. fol. 11.*

(e) **[Publice uxoris.]** Hæc verba reperiuntur in *cap. cum decorem, de clericis conjugatis.*

(f) **[Fili quoque.]** Hæc verba extant in *cap. cum decorem, de filiis Presbyterorum,* ubi ea exposui.

(g) **[Vel potius corruptelam.]** Prava consuetudo plerunque in sacris canonibus dicitur corruptela, *cap. 5. de consanguin. & affin. cap. 11. de excessibus Pralat. cap. final. de consuet.* quia mala consuetudo corrumpit bonos mores, *l. 9. §. 1. ff. de servo corrupto,* & ab specie eo verbo utitur Iacstantius Firmianus *lib. 6. instit. cap. 20. ibi: In scena quoque nescio an sit corruptela vitiosior. Nam & comica fabula de stupris virginum loquuntur, aut amoribus meretricum: & quò magis sunt eloquentes, qui flagitia illa fixerunt, eò magis sententiarum elegantia persuadent, & facilius inhaerent audientium memoria versas numeros, & ornati.* Item tragica historia subiciunt oculis parvicidia, & incesta Regum malorum, & coturnata scelera demonstrant. Histronum quoque impudicissimi motus, quid aliud nisi libidinem docent, & stregant, quorum emersa corpora, & in vulve



brevis incessum, habituque mollia, impudicae feminas inhonesti gestibus merentur. Quid de minimis loquamur coram preferentibus disciplinam, qui docent adulteria dum fingunt, & simulacris erudunt ad vera? Quid iuvenes, aut virgines faciant, cum & fieri sine pudore, & spectari libenter ab omnibus cernunt? admonentur ungue quid facere possint, & inflammantur libidine, qua affectu maxime concitantur, ac se quisque pro sexu in illis imaginibus praefigurat; probantque illa dum vident, & adherentibus vitii corruptiores ad concubularum eversionem: nec pueri modò, quos praeceptorum vitii imbuti non oportet, sed etiam senes, quos peccare iam non decet, in talem vitiorum seruitutem dilabuntur. Nec est quare Cuius in praesenti, qui minoribus in observantibus pietumque consiliis, contra Ecclesiae Patres minoris elegantiae, aut nullius ornatus arguat hunc loquendum in Innocentio III. viro apprime docto.

## COMMENTARIUM.

**E**X praesenti Decretali sequens deducitur diffinitiva assertio: Ludi theatrales, etiam praeter consuetudinem in festiuitatibus Domini nostri, aut Sanctorum eius fieri in Ecclesiis non debent. Probat eam textus in cap. irreligiosa 2. de consecr. dist. 3. Concil. Aluffiod. can. 9. ibi: Non licet in Ecclesiis choreas secularium, vel puellarum cantica exercere, nec convivia in Ecclesia preparare, quia scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur. Concilium Cabilon. can. 9. ibi: Valde enim omnibus noxios indecorum, quod per dedicationes basilicarum, aut festiuitates Martyrum ad ipsa solennia confluentes, chorus foemineus turpia quidem, & obscena cantica decantare videntur, dum aut orare debeant, aut clericos psallentes audire. Concilium Tolet. 3. in fine: Quod ballmachia, & turpia cantica prohibenda sunt à Sanctorum solennis. Synodus Afric. can. 27. ibi: Illud etiam petendum, ut quae contra praecepta divina, convivia multis in locis exercentur, vitari iustitia iubeant, & prohiberi maxime cum in Natalibus Beatissimorum Martyrum per nonnullas civitates, & in ipsis locis sacris talia committere non reformident, quibus diebus quod pudoris est dicere, saltationes sceleratissimas per vicos, atque plateas exercent. Concilium Brachar. 2. can. 60. ibi: Si quis ballationes ante Ecclesias Sanctorum fecerit, seu quis faciem suam transformaverit in habitum muliebri, & mulier in habitu viri, tres annos poeniteat. Referunt Burchardus lib. 10. Decreti, cap. 39. Loayla post canones ipsius Concilii, Synodus 6. in Trullo can. 24. ibi: Nec ut liceat eorum, qui in sacerdotali ordine enumerantur, vel monachorum in eorum curriculum subsistere, vel senicos ludos sustinere. Et can. 62. eiusdem Synodi. ibi: Kalendas, & quae dicuntur vota, & brumalia quae vocantur, & qui in primo Martii mensis die sit conventus, ex fidelium civitate omnino tolli volumus; sed & publicas mulierum saltationes multam noxam, exitumque afferentes: quin etiam eas, quae nomine eorum, qui falso apud Graecos Dii nominati sunt, vel nomine virorum, ac mulierum sunt, saltationes, ac mysteria, more antiquo, & à vita christianorum alieno amandamus, etiam stantes, ut nullus vir deinceps muliebri veste induatur, vel mulier veste viro conveniente: sed nec comicas, vel satyricas, vel tragicas. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

cas personas induat. In cuius canonis scholiis hac subiungit Balsamon: Nota praesentem canonem, & quare correctionem in his, quae sunt à clericis in festo Natalis Christi, & festo Luminarium adversus eum, & magis in sanctissima magna Ecclesia. Synodus Carthaginensis can. 63. Ut aufferantur Graecorum convivia, illud praeterea à christianis Imperatoribus petendum est: quoniam praeter divina mandata in multis locis convivia sic peraguntur ex gentili errore deducta, ut etiam christiani ad paganos clanculum in eorum mysterio adducantur, ut haec iubeant, & in urbibus, & in possessionibus arceri, maxime quia & in ipsis Beatorum Martyrum natalibus, in quibusdam urbibus, etiam in ipsis sacris locis eiusmodi peccare reprehenduntur, & in diebus, in quibus vel pudor est dicere, execrandas saltationes in agris, vel plateis peragunt, ut cum sancto die adsint quae sunt & matres familias honore, & alia innumerabiles mulieres venerande, intemperantes & insolentias aggrediantur, ut etiam ipsius sanctae fidei prope modum aufugiat excessus. Senonense anno 1527. can. 16. Prohibemus, ne histriones aut ministri Ecclesiam ad pulsandum tympano, cithara, aut alio instrumento musicali, neque in Ecclesia, aut iuxta Ecclesiam suis passent instrumentis. Prohibemus etiam ne fiat deinceps festum Factorum aut Innocentium, neque exigatur decanatus patelle. Colonense anno 1536. can. 6. Olim theatrales quoque ludi, & larvarum ludibria inferebantur templis, pessimo quidem exemplo, adeo ut provisione canonica, quod his teterrimis abusu aboleretur, opus fuerit, quem ex nostris diocesis iam ut speramus ejectum gaudemus. Concilium Salzeburg. tempore Gregorii X. can. 17. Tolentianum anno 1473. tempore Sixti IV. can. 19. Extravag. unica, hoc tit. inter communes, S. Petrus Chrysologus sermone 129. Divus Gregorius Magnus lib. 10. epist. 71. Illustrant ultra congestos in praesenti à Barboza de iure eccles. lib. 1. cap. 40. num. 57. & lib. 2. cap. 3. numer. 15. & de offic. parochi cap. 6. num. 11. Lantdmeter. lib. 2. de veteri clerico, cap. 50. Basilius Legion. 9. 2. scholastica, cap. 2. in can. 9. Concilii Aluffiod. P. Herodius lib. 1. Pandect. tit. 5. cap. 15. Ferrandus lib. 2. disquisit. relig. p. 1. cap. 7. Cresolius lib. 4. mystag. cap. 16. Benedictus Eftenus lib. 7. disquisit. monast. tract. 2. disput. 2. Petrus Gregorius lib. 4. partit. tit. 8. cap. 6. & lib. 39. synagm. cap. 5. Conradus Brunus lib. 6. de carem. cap. 13. Conradus Kling lib. 5. locorum commun. cap. 10. Filescus lib. 1. select. cap. 6. Theophilus Raynaud. tom. 4. lib. 6. sect. 2. cap. 10. fol. 829. Illustrant Araujo 99. moral. de statu civitatis, disput. 5. sect. 1. Amaya in lege unica, C. de Majnun, num. 28. Acunna in cap. 1. 92. dist. 8. & in cap. nullus, dist. 44. Mariana de spectaculis, cap. 7. Savarus ad Sidonium lib. 4. epist. 15. verbo Epulum, Villafus in voto gratul. num. 18. Cujacius, Boëtius Epon, & Fabrotus in praesenti, Franc. Florens in praesenti, & Alteserra.

Sed haec assertio ita firmata, & illustrata difficilis redditur sequenti consideratione; nam huiusmodi ludi theatrales in nativitate Christi Domini non solum liciti, verum & peritiles sunt. Igitur tam à clericis, quam ab aliis fidelibus fieri debent. Probat antecedens, nam ex eadem ratione ob quam picturae in Ecclesia exponuntur ad movendum populum, & ut indocti ibi discant

5.  
Impugnatur tradita assertio.



discant quod in libris legere nesciunt, ut probavi in *canone 36. Concil. Illiber.* etiam hujusmodi repræsentationes nativitatis Christi fieri debent, ut ita populus indoctus hoc sacro mysterio facilius instruat: habet enim repræsentatio non levem vim in suadendo, & omnem oratoriam artem vincit. Seneca *lib. 19. epist. 109.* ibi: *Eadem negligentius audiuntur, minusque percipiunt, que diu soluta oratione dicuntur; ubi accessere numeri, & egregium sensum extinxere certi pedes, eadem illa sententia velut lacerto excussa torquetur.* Etiam si cum aliis poetis partibus comœdiam confusas, primas in suadenda plebe comœdia consequitur Horatius de arte Poëtica:

*Segnius irritant animos demissa per aures,  
Quam que sunt oculis subiecta fidelibus.*

Ex eo maximè *Quintilianus lib. 11. instit. orat. cap. 3.* ibi: *Documento sunt, vel scenici actores, qui & optimis Poëtarum ranciem adiciunt gratia, ut nos infinite magis eadem illa audita, quam lecta delectent, & vilissimis etiam quibusdam impudentibus aures, ut quibus nullus est in bibliotheca locus, sit etiam frequens in theatris.* Plebejus sacras litteras miratur, Sanctorum præcepta, Philosopherum placita, Heroum facta facta in theatro, & pleaque, quæ aliter discere nollet, sapit; & quæ talia docent, magis amat. Unde Poëta Horatius de arte Poëtica.

*Ille tulu punctum, qui miscuit utile dulci.*

Igitur ut rustici, & ceteri fideles ignari hoc magnum fidei nostræ mysterium agnoscant, maximeque alacritate celebrent, hujusmodi theatricales ludi debent permitti. Unde morum hunc repræsentandi in hac festivitate, jam à primis Ecclesiæ sæculis ad nostra usque tempora, in Ecclesia invaluisse, probat ex *Codino, & aliis Pater Herrera lib. 1. del origen del officio divino. cap. 22.* Igitur non rectè ludi theatricales in hujusmodi festivitate improbantur, & prohibentur. Augetur hæc dubitandi ratio ex eo, nam si natales dies Deorum, immò & privatorum, etiam apud Gentiles magnis celebrabantur plausibus, epulis, accensis luminaribus, choreis, & tripudiis; Latentius *divin. instit. lib. 6. cap. 20.* Nam ludorum celebritates Deorum festa sunt, siquidem ob natales eorum, templorum novorum dedicationes, sunt constituta. Et primitus quidem venerationes, quæ vocabantur munera, Saturno attributa sunt: ludi autem scenici *Libero, Circenses Neptuno. Paulatim* verò idem honos & ceteris Diis tribui cepit, singulique ludi nominibus eorum consecrati sunt, sicut *Sicinnius Capito* in *libris spectaculorum* docet. Si quis igitur spectaculis interest, ad quæ religionis gratia convenitur, discessit à Dei cultu, & ad Deos se contulit, quorum natales & festa celebravit. *Apulejus lib. 11. Florid.* Festivum celebravi natalem sacrorum, suaves epulas, & secreta convivium. *Marialis epigram. 66. ibi:*

*Sextenti cœnant à te, Iustine, vocati*

*Luci ad officium, jam quæ te prima fuit.*

*Diocæsius lib. 54.* Natalem *Augusti Iulius Antonii filius* tunc Prætor celebravit, circensibus & venationibus Senatuum etiam, & ipsum Augustum ex Decreto Patrum epulo excepit in Capitolio. *Plinius in epist. ad Can. Rufum.* Epicurius testamento caruit, ut dies ejus natalis, & parentum, fratrumque quot annis solenniter ageretur. Illustrant latè *Cochier in face histor. cent. 1. cap. 12.* *Censorinus de die natali,* ubi *Lindembrog.* notavit *P. Roa* eodem tract. *cap. 11.* *Villafus in voto gratul.* qui

exinde exponunt textus in *l. c. quidam 23. ff. de annuo legat. l. civitatibus 12. ff. de leg. 1.* Ergo multò magis in Domini nostri Jesu Christi natali, Ecclesiæ ministri, & ceteri fideles exultantes, debent ludis etiam theatralibus diem sacratissimum illum celebrare, Nec hoc genus solennitatis alienum est à disciplina Ecclesiæ, & piis vitis, in divinis laudibus, & Dei festivitibus; faltavit enim *David* religionis enthusiasmo motus coram Arca Dei, ut refertur *lib. 2. Sam. cap. 6.* & *Maria* soror *Moyseis* juncto sibi foeminarum choro ad pulsum tympani cantavit Domino, quia gloriosè magnificatus est *Exodi cap. 15.* & in Ecclesia *Essena* *Esseni* cantu religiosos motus mellebant. *Philo de vita contemplativa,* apud *Clementem lib. 7. Stromatum;* ibi: *Pedes excitamus in ultima acclamatione orationis.* Illustrant latè *Petrus Gregorius lib. 12. synag. cap. 19. & 20. & 21.* *Lantdmeter. de veteri clerici. lib. 2. cap. 63.* Igitur non rectè *Innocentius* in præsentium hujusmodi ludos theatricales improbat in festivitate Natalis Domini. Accedit consuetudo in aliquibus Ecclesiis recepta, ut pueri clerici in festo sancti Nicolai aut *Innocentium* clericis sibi Episcopum, qui indutus vestibus Episcopalibus cum mitra & baculo, publicè, id est in Ecclesia, inchoat divinum officium, ut ex *Molano* refert. *Lantdmeter. dist. lib. 2. cap. 50.*

Quia difficultate ita fuscità non obstante, defendenda est præsens constitutio, ut disciplina ecclesiastica maxime consona; & cujus rationem ut agnoscamus, sciendum est, olim fideles in festivitibus Sanctorum non solum divinis laudibus eas celebrasse; verum & aliquibus exterioribus ornatibus, & lætitiæ, alacritatisque testimonio. Primò frondibus, floribusque templa, & altaria ornabant, *Sanctus Paulinus Natal. 3. Felices.*

*Spargie flore solum, prætexite limina sertis,  
Purpureum ver spirè hyems, sit florens annus  
Ante diem, sancto cedat natura diei,  
Martyris ad tumulum debet & terra, coronas.*

De *Nepotiano Hieronymus in epitaphio,* ibi: *Erat solitius, si miteret altare, si parietes absquò fulgine, si pavimenta tersa, vela semper in ostiis; si sacrarium mundum, si vasa luculenta, & in omnes caremonias præ sollicitudo disposita; non minus, non majus negligebat officium. Basilicæ Ecclesiæ, & Martyrum conciliabula diversis floribus; arborum pomis, vitiumque pampinis adumbrabat, ut quicquid placebat in Ecclesia, tam dispositione, quam visu, presbyteri laborem, & studium testaretur.* *Sanctus Augustinus lib. 22. de civitate Dei, cap. 8.* bis meminit florum, qui in altari erant *Sancti Stephani.* Solitus erat *sanctus Severus,* referente *sancto Gregorio Turonensi, de gloria confes. cap. 1.* flores liliorum tempore quo nascuntur, colligere, ac per parietes ædis sacræ appendere. *Fortunatus lib. 2. epigr. 9.*

*Texitis variis altaria festa coronis,*

*Pugitur ut filis floribus ara novis.*

Quem ritum ab Hebræis Christiani accepertunt; nam ut *Psalmista* ait *Psal. 117.* *Constituie diem solennem in condensis usque ad cornu altaris.* Vbi vertit *D. Hieronymus: Freqnentate solennitatem in frondosis.* Et *Lomus* legit: *Ligate festum frondibus,* *Gentibus* etiam non fuit ignotus *Roridus* hic

6.  
De variis  
celebrationibus.



hic ornatus, unde ait Virgilius lib. 1. *Aeneid.*  
*Thure calent, are, floribusque recentibus ha-*  
*lant.*

Item epulis, & conviviis in sanctorum Martyrum nataliis, vel dedicationis alicujus Ecclesiae celebritate fideles utebantur. D. Gregorius lib. 10. *epist.* 71. ita ut die dedicationis, vel natalitio sanctorum Martyrum religiosis conviviis solennitatem celebrarent D. Hieronymus in *epist.* ad *Euseb.* de sancti Petri die festo agens ita ait: *Festus est dies, & natalis Beati Petri festivus est solito condendus.* Et statim: *Vnde nobis sollicitis providendum est, ut solennem diem non tam ciborum abundantia, quam spirituum exultatione celebremus, quia valde absurdum est, nimiam saturitate velle honorare Martyrem, quem sanctus Deo placuisse jejuniis, P. Chrylogus *serm.* 129. ibi: *Noli estimare, charissime quodam solu prandis, & profusioribus epulis natales Martyrum celebrare.* Illustat Savarus ad Sidonium lib. 4. *epist.* 15. Sed cum postea licentius fideles sanctorum Martyrum gratiam demereri credentes, epularentur, illarum comperationes, & epulae lacris legibus coercitae fuerunt, cap. cum autem, cum sequenti. 4. 4. *dist.* Concil. Nannet. *can.* 10. Aluffiod. *can.* 2. D. Ambrosius de *Helia & Jesuino* cap. 17. Divus Chrysostomus *homil.* in sanctum Iulianum Martyrem, D. Augustinus lib. 8. de civitate Dei, cap. 27. ubi titum Atrorum in deferendis epulis ad tumulos Martyrum reprehendit, & aliquo pacto excusat his verbis: *Quacunq; adhibentur religiosorum obsequia in Martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra, vel sacrificia mortuorum, tanquam Deorum. Quicunq; etiam epulas suas eo deserunt, quod quidem a Christianis melioribus non fit, & in plerisque terrarum locis nullus talis est consuetudo; tamen quicunq; id faciunt, quocumq; appropinquaverint, orant & asperunt ut vescantur, vel ex eis etiam indigentibus largiantur, sanctificari ibi volunt per meritum Martyrum in nomine Domini Martyrum. Nazianz. *orat.* 9. Omitto agapas festis diebus celebratas, de quibus plura cumulantur anno 397. Fornerius lib. 2. *felect.* cap. 21. Rosveidus in *onomast.* verbo *Agape*, Meursius in *glossario*, eodem verbo Kochiet. in *face histor. cent.* 2. cap. 3. & 84. Petrus Gregor. lib. 13. de *Repub.* cap. 3. num. 5. & cap. 18. num. 4. Suarez de *relig.* tom. 1. lib. 3. cap. 6. Panticola lib. 1. *variar.* cap. 86. in *fine*. Lantimeter. lib. de veter. *monacho*, cap. 46. Cresp. in *summa*, verbo *Agaparam*, Albalpinus lib. 1. *obser.* cap. 18. Cerdá in *advers.* cap. 146. Lemaitre lib. 2. de *bonis Eccles.* cap. 10. Turrianus in *explana.* *Clementis* lib. 2. cap. 26. Auctor Romae *Subterraneae* lib. 6. cap. 27. Iustelus ad *can. Eccles. univers.* fol. 179.**

Choreae etiam in festivitatibus sanctorum Martyrum ducebantur. Concil. Tolet. 3. *relatum in c. irreligiosa, de consecr. dist.* 3. Unde PP. Synodi Gangreul. in *can.* 20. ajunt: *Si quis arrogantia utent, & Martyrum congregationes abhorrens, & sacra, quae in eis celebrantur, & eorum memorias accusat, sit anathema.* Ubi in scholis subjungit Balsamon: *Nota ergo, quod quae in solennibus Martyrum festis sunt, cantica, choreae, & populi consensus, quoniam in Dei sunt honorem, non reprobandur.* Sed postea prohibita fuerunt hujusmodi choreae. Concil. Cabilon. *can.* 18. *Afic.* *can.* 27. & in *Brachar.* *can.* 80. ita cavetur: *Si quis ballationes ante Ecclesiam sanctorum fecerit, &c. tres annos punitur.* Et in Synodo Rhemenfi sub Lo-

thario, & Ludovico, cap. 35. ita statuitur: *Ut sacerdotes admovent viros, & mulieres, qui festis diebus ad Ecclesiam veniunt, ne ballando, & turpia verba decantando, choros teneant, & ducant.* Et lib. 6. *Capitul. Carolei*, cap. 193. *Quando populus ad Ecclesiam venerit, tam per dies Dominicos, quam & per solennitates sanctorum, aliud non ibi agat, nisi quod ad Desertinet servitium: illas vero ballationes, canticaque turpia, ac luxuriosa, & illulsa diabolica non faciat, nec in plateis, nec in domibus, nec in illo loco, quia hac de Paganorum consuetudine remanserunt, & qui ipsa fecerunt, canonicam sententiam accipiant.* Ballare Galli dicunt *Bals*: nos *Bailar*, à voce *ballare*, quae Graecorum propria est, ut probat Meursius in *glossario*, verbo *Ballare*. Unde inter alias voces, quas ab eis primi Hispani acceperunt, & vocem ballare accepisse testatur Aldrete de *origine linguae Castellae* lib. 3. cap. 1. ubi doctè notat, ballationem in *d.cho* cap. *irreligiosa*, appellari ballimachiam, quasi saltantium pugnam; quia plerumque ballationes fiunt in formam pugnae diversis ictibus, & motibus: quo modo ballationes Hispanas acceperunt Silus Italicus lib. 3.

*Nunc pedis alterno percussa verbera terra*  
*Ad numerum resonat, gaudentem plaudere*  
*certas:*

*Hae regueta, ludamque viris, ea sacra voluptas,*  
 Et Martialis:

*Et Gaditanis ludere docta modum.*

Hujusmodi ergo choreas, & ludos theatrales à clericis in festivitate natalis Domini in Ecclesia fieri prohibuit Innocentius in praesenti, & ratio deest. magna cum ratione, petita, tum à loco ubi ducebantur, tum à personis ipsam ludicram artem exercentibus, tum à fine, & solennitate, quae in hujusmodi ludis recitabantur. Et primò propter loci reverentiam, quia plura, quae extra Ecclesiam venialiter exercentur, intra Ecclesiam non sunt facienda, ut tradit Strabo de *rebus eccles.* cap. 11. ut confabulationes, & colloquia, Gregorius X. in Concil. Lugdun. generali, ibi: *Cessent vana, & multò fortius fœda, & prophana colloquia: cessent confabulationes qualibet sine profreuo quocunq; alia, quae divinum possunt turbare officium, aut oculis divinae Majestatis offerenda, ab ipsis profreuo extranea, ne ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata commisi.* Discere id à Paganis poterant Christiani, nisi & ipsi Ecclesiae Doctores in id maxime scriptis suis, & quotidianis monitionibus incubassent, ut taciturnitatem omnes in templum deferrent. Sanè auctor est Arrianus in *Epist.* lib. 4. c. 11. in Gentilium fanis adeo studiosè patrum vetbis, ut violatae religionis censeretur delictum, si rumpi silentium aliquo sonitu contigisset. Hinc in rebus divinis, cum fierent, de more dicebatur, *favere lingua*; quo verbo, inquit Seneca in lib. de *beata vita*, cap. 26. *Imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obfrepente.* Unde Ecclesiae Patres tam accuratè silentium in Ecclesia commendaverunt. D. Ambrosius lib. 3. de *virginitate*: *Maxima est virtus tacendi, praesertim in Ecclesia.* Chrysostomus *homil.* 38. ad *populum*: *Nihil tam congruum Ecclesiae, quam silentium.* D. Isidorus *epist.* 45. *Templum omne silentium debetur.* D. Clementis lib. 8. *constit.* *Apost.* cap. 11. *Quidam ex Diaconis in templo inambulabant contemplantes viros, & mulieres, ut quis fieret strepens, ne quis minus faceret, aut missivares.*



missitaret, aut dormitaret. Theodulphus Episc. Aurelian. epist. ad Sacerd. num. 10. Si Dominus illos eiecit, qui victimas, quae sibi offerrentur, emebant, vel vendebant; quanto magis illos tratus inde abjiciet, qui mendaces, vaniloquos, risibiles, & hujusmodi nugis locum divino cultus mancipatum faciunt. Illustrat Benedictus Eftenus *disquisit. monast. lib. 7. disquisit. 3.* Cum ergo in choreis, & hujusmodi ludis theatralibus confabulationes, ritus, & similia, ab Ecclesia prorsus aliena dentur, recte in praesenti Innocentius hujusmodi ludos prohibet, & detestatur. A personis ipsis magna deducitur ratio praesentis prohibitionis; nam vilescit admodum dignitas sacerdotalis, si presbyteri ipsi, seu clerici scenas, atque hujusmodi ludos theatrales edant. Unde in cap. unico, hoc tit. in 6. Bonifacius VIII. multandos censuit clericos qui per annum joculariorum, id est, mimorum ignominiosam artem exercebant, vel breviori tempore admoniti non respicerent. Nec solum haec, & similia spectacula edere prohibitum est clericis, verum & loco, ubi eduntur, stare, cap. his igitur, 23. dist. cap. penult. 34. dist. 1. placet 17. C. de Episcop. & Cleric. Concil. Aliffiod. cap. 40. Non licet presbytero inter epulas cantare, vel saltare. Turon. sub Carolo cap. 7. ibi: *Histrionum quoque turpium, & obscenorum insolentis jocularium, & ipsi animo effugere, ceterisque sacerdotibus effugenda praedicare debent.* Turonensis sub Carolo can. 8. Sacerdotibus non expedit quibuslibet interesse sociis, Eugenius II. in Synodo Rom. Sacerdos seculi divina debet persecrari, & admoveere eloquia, ut inveniantur beatus, de quo I. salmista ait: *Et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Quamobrem ludos aliquos coram se fieri non delectatur; transgressor quippe invenitur, admonitione Episcopi ulterius agere desinat, sin autem canonicè judicatur. Caput non oportet, de consecr. dist. 5. ibi: *Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, quae aut in nuptiis, aut in convivis exhibentur, interesse, sed antequam thymelici ingrediantur, surgere eos, & abire.* Ubi thymelici dicuntur mulciscanici, qui organis, & lyris, & citharis praecinebant super pulpitem, quod thymele vocabatur. Jul. Pollux lib. 4. onomast. ibi: *Scena propria est histrionum, orchestra vero chori, in qua est & thymele, quae vel tribunal est, vel ara.* Vitruvius lib. 4. cap. 8. ibi: *Apud Graecos tragici, & comici actores in scena peragunt, reliqui autem artifices suas per orchestras petunt actiones.* Itaque ex ea scenici, & thymelici graecè separatum nominantur. De his thymelicis etiam agitur l. 4. ff. de his qui notant. infam. l. 10. ff. de pollut. l. 10. & 21. C. Theod. de Pistor. l. penult. C. Theodof. de spectacul. l. 5. eod. C. de scenicis. Novella 105. de Consulibus, & plura congesserunt Justel. & Ballam. in notis ad dict. can. 44. Synodi Laodic. Ritherfurius ad Salvianum fol. 207. Cabrereros de metu lib. 2. cap. 8. num. 16. Samuel Petrus ad leges Auzas lib. 1. fol. 62. Fornerius lib. 5. rerum quotid. cap. 29. Circa in advers. cap. 34. Costanus de nuptiis fol. 143. Si ergo hujusmodi ludis theatralibus clericis interesse prohibetur, quanto magis eos per se edere illicitum erit. A sine ipso ludi theatrialis praesens prohibito non minori nititur ratione; nam ut fuscè Aristides Sophista, etsi nec nostris moribus, nec religione imbutus, in oratione Smyrne habita probavit, Deorum foetis comedias non convenire, nec

ludos. Unde D. Augustinus lib. 2. de civit. Dei cap. 13. antiquos Romanos fideri, quod histriones notarent infamia; & fidem scenicis ludis Deos honorandos putarent; qui enim conveniat ignominia notare, atque infamiam numero ponere, per quos divinus cultus augeatur? Ipsa Augustini verba subjicimus: *Sed respondeatur mihi, inquit, quae consentanea ratione homines scenici ab omni honore pelluntur, & ludi scenici Deorum honoribus admiscuntur? Illas theatrales artes divi virtus Romana non noverat, quae est ad oblectamentum voluptatis humanae quarerentur, & virtuo morum reperebant humanorum, Dui ea sibi exhiberi petiverunt. Quomodo ergo abiciuntur scenicis, per quem colitur Deus? & theatrales illius turpitudinis quae fronte notatur actor, si adoratur exactor? Deinde quis patitur in sacro Christi Domini Natali impudicam foetiam B. Mariae, probrosam hominem sanctissimi Josephi, aut ipsius Christi personam representare? Quod Arnobius lib. 4. adversus Gentes, ab antiquis factitatum reprehendit, ut histrionibus Deorum personae imponebantur, illis verbis: *Nec satis hoc culpa est, etiam mimis, & scurrilibus ludicis sanctissimorum persona interponuntur Deorum, & ut spectatoribus vacuis risus possit, atque hilaritas excitari, iocularibus feriantur cavillationibus, nimis conclamant, & assurgunt theatra, omnes concrepant fragoribus, atque plausibus.* Idem Tertullianus accusat in Apolog. cap. 15. *Quid, inquit, quod imago Dei vestri ignominiosissimum caput, & famosum vestit: quod corpus impurum, & ad istam artem effeminatione productum, Minervam aliquam, vel Herculeum representet? Nonne violatur majestas, & divinitas conspiciatur laudantibus vobis? Quae verba ad nostros mores transferre licet, atque in antiquis vitis interpreteris nostrorum licentiam, & turpitudinem accusari. Rectè ergo in praesenti Innocentius prohibet presbyteris, & aliis clericis hujusmodi ludos theatrales, etiam in festivitatibus sanctorum in Ecclesiam edere. Morem hunc festis diebus choreas ducendi & saltandi, quam pertinacissimè reinuerunt Graeci, ut prodit canon 62. Concil. Trul. Kalendas, & quae dicuntur vota, & brumalia quae vocantur, & qui in primo Martii die sit conventus, ex fidelium civitate omnino tolli volumus; sed & publicas mulierum saltationes multam noxam exitiumque afferentes, quin etiam eas, quae nomine eorum qui falso apud Gentiles Dii nominati sunt, vel nomine ororum, ac mulierum sunt saltationes, a vita Christianorum amandamus, & expellimus.**

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam auctoritates in ea adductae, tantum prohibebant, natalis Domini representationem permit-  
ti posse, dummodo ex modestia, & pietate  
mysterium hoc recitetur à piis viris: non tamen  
inde inferitur, ob solennitatem tantae festivitatis  
licere ludrica spectacula edere, seu monstra  
larvarum inducere in Ecclesias, praecipue ab Ecclesiasticis personis; quod prohibetur ab Innocentio III. in praesenti; unde tolerari potest  
mos in plerisque locis Hispaniae receptus, ut  
pueri intra Ecclesiam in sacratissima illa nocte  
magnum illud fidei nostrae mysterium recitent,  
dum cum omnium modestia, & ex pietate tantum  
fiat. Nec obstat quod de natalibus Deorum Gentilium choreis, & ludis celebratis expendebamus; nam natalis dies Christi Domini, vigiliis, orationibus, psalmodiis, & divinis officiis est celebran-



celebranda à catholicis fidelibus, non verò Gentilium more debent Christiani prophanis ludis, & spectaculis in ejus celebritate uti. Nee obstat quod de Davide, & Maria Moysis torore dicebamus, atque ex usu Essenorum referebamus; nam illi magno devotionis, & religionis zelo accensi, his modulationibus & saltationibus uti fuerunt; in Ecclesia verò, ac ejus ministris laudes Deo canentibus præcavenda est nimia curiositas, aut vana fractio vocis. Unde proficitur Divus Bernardinus in meditationibus, cap. 11. Sape, inquit, ad sacrum ministerium vocem meam fregi, ut dulcius cantarem; & magis delectabar in vocis modulatione, quam in cordis compunctione. Et non esse in ecclesia canendum theatro modo, id est, corporis gestus exercendo, cavetur in cap. 1. 92. dist. Extravag. unic. hoc. tit. inter communes, & docuit D. Chrysostomus homil. 19. in caput 6. Divi Matthæi, ibi: Cum autem oratis, non gestibus corporis, nec clamoribus vocis, sed intentione optima voluntatis orationum vota reddamus. Similiter D. Thomas accepit D. Hieronymum relatum in dicto cap. 1. 92. dist. docetque reprehendisse eos, qui theatro more in Ecclesiis divinas laudes decantabant. Prosequuntur Fulcius de visit. lib. 1. cap. 26. Acumina in dicto cap. 1. 92. dist. Nec ad rem facit consuetudo in aliquibus Ecclesiis in festo S. Nicolai, & Innocentium recepta; nam ut Langrecrucius lib. 2. de vita & honest. canonic. cap. 22. refert, hujusmodi puerorum ludicrum spectaculum prohibitum fuit in Synodo Basili. sess. 21. & in meram ecclesiasticis ordinis contumeliam abiisse testatur Ballamon in can. 62. 6. Synodi. Lantdmeter. lib. 2. de veteri clerico, cap. 50. ad finem. Et Patres Concilii Salzburgenf. tempore Gregorii X. ita statuerunt: Ad hoc quidam ludi noxi, quod vulgaris elocutio Episcopatus puerorum appellat, in quibusdam Ecclesiis exercentur adeo insolenter, ut nonnunquam enormes culpe, & damna gravia subsequantur ex ipsis: hos ludos in Ecclesiis, & à personis Ecclesiasticis de cætero fieri prohibemus, nisi forte parvi sexdecim annorum, & infra fuerint, qui hujusmodi ludos exercent. In dicto Concilio Basiliensi vocatur festum saturnorum, vel innocentium, aut puerorum, Beletus cap. 72. vocat fe-

stum Hypodiaconorum, quod à die sancti Stephani captum, ad octavam usque Epiphaniæ fuisse protogatum, testatur Guillel. Durant. lib. 7. rason. cap. 42. Est autem merito exagitatum à Gersonio tract. de ludo stultorum, alphab. 69. Theophil. 15. tom. in heteroc. spirit. punct. 8. in fine.

Et suprâ traditis lucem accipit textus in <sup>10.</sup> Exponitur can. 71. Synodi 6. in illis verbis: Eos, qui docentur <sup>cap. 71. s. 7.</sup> leges civiles, grati moribus uti non oportere, <sup>nod. 6.</sup> & nec in theatrum induci, nec eas, que dicuntur cylistra, peragere, vel præter usum communem sibi vestes induere, nec quo tempore disciplinam aggreduuntur, vel ad finem ejus perveniunt, vel ut in summa dicam, in ejus doctrinâ dimidio. Si quis autem deinceps hoc facere ausus fuerit, segregetur. Ex quibus deduci videtur, non omnibus clericis, & fidelibus prohiberi theatra adire, scenas, & ludos edere, aut larvas induere, sed tantum jus civile discantibus. Ergo non rectè in præsentibus clericis indistinctè prohibetur ludos theatrales edere, aut monstra larvarum inducere. Pro cujus canonis expositione sciendum est, Athenis plurimos ex adolescentibus sophistico quodam furore percitos, urbes, viasque tenere consuevisse, noviter advenientes sophistas magna ac splendida pompa deducentes, & exipientes, & alia quædam ludibria sophistis familiaria fecisse: que corruptela invaserat in illa Academiarum regina, quando legum disciplina ibi florebat, juxta quam illi qui legum erant disciplinam aggressuri, vel qui in medio, aut jam perfecti erant, cum magna quidem pompa, & vestium ornatu in theatrum deducebantur; sed quia exinde magna scandala, nec non & rixæ oriebantur, tam ex cylistris, id est, ludis ad modum pugnæ, quam ex vestium mutatione, prohibuerunt Patres, ne Græcorum more inter legum studiosos, seu candidatos hujusmodi cylistræ, aut ludi theatrales fierent; non tamen exinde colligitur, aliis clericis, aut fidelibus eos permitti; siquidem specialiter Patres de studiosis legum tenerunt, quia apud eos talis corruptela irreperat; notarunt Balsamon in eo canone, Cujacius ad titulum C. no filius pro patre, Cironius ad tit. de Magistr. & lib. 3. observ. cap. 1.

## CAPUT XIII.

(a) Idem in Concil. Lateran. const. XIV.

VT clericorum mores, & actus in melius reformatur, continenter, & castè vivere studeant universi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio præcaventes (b) maximè illo propter quod ira Dei venit in filios diffidentia, quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde, ac mundo corpore valeant ministrare. Ne verò facilitas vitæ incentivum tribuat (c) delinquendi, statumimus, ut qui comprehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis, (d) aut minus peccaverint, puniantur secundum canonicas sanctiones, quas efficacius, & districtius præcipimus observari: ut quos divinus timor non revocat, temporalis saltem pœna cohibeat à peccato. [e] Si quis igitur hac de causa suspensus præsumperit celebrare divina, non solum ecclesiasticis beneficiis spoliatur, verum etiam pro duplici culpa perpetuò deponatur. Prælati verò, qui tales præsumperint in suis iniquitatibus sustinere, maximè obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari subiaceant ultioni. Qui autem secundum [f] regionis suæ morem non abdicarunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur, cum legitimo matrimonio possint uti.

NOTÆ.



## NOTÆ.

1. (a) **I**dem. ] Ita etiam legitur in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 2. & in ipso generali Concilio celebrato sub Innocentio III. anno 1215. de quo nonnulla notavi in c. 1. de summa Trinit.
- (b) **Maximè illo.** ] Hanc partem de præpostera venere, & peccato hoc contra naturam, exponemus in cap. clerici, de excessibus Prælati.
2. (c) **Delinquendi.** ] Quod valde exitiosum est, cum interit Republica, ne delicta maneat impunita, l. congruus 13. ff. de offic. Præsid. l. si à reo 70. §. final. ff. de fidejuss. l. locatio 9. §. quod illicitè §. ff. de publican. Facit Plato lib. 9. de legibus, ibi: Quomodo in corpore, si quis huiusmodi est, quod reliquo corpori nocet, uti, ac scari patimur, ut membrorum aliquid potius quam totum corpus intreat: sic in Republica corpo-

re, ut saluum totum sit, quicquid est postiferum, amputetur. Joannes XXII. in Extravag. unic. de pœnis: Compescenda maiorum audacia, ut saltem pœna formidine retrahantur à noxiis, sicque boni sectando virtutem, meliores effecti non cogantur cum illis perire. Plura congestit perdoctus Dominus Joannes Solorzanus de parricidio cap. 1. & emblem. 71.

(d) **Magis, aut minus.** ] Videlicet adultetium, stuprum, aut simplicem meretriciam committentes, de quibus agemus titulis sequentibus, ubi commentarium hujus textus dabimus.

(e) **Et quis igitur.** ] Hæc pars propriè spectat ad titulum de cleric. excom. ministrante, ubi in cap. Apostolica §. eam exponemus.

(f) **Regionis sua morem.** ] Id est, ut Græci faciunt, iuxta adducenda infra in cap. 1. de clericis conjugatis.

## CAPVT. XIV.

Idem in eodem (a) Later. constit. XV.

**A**(b) crapula, & ebrietate omnes Clerici diligenter abstineant, unde vinum sibi temperent, & se vino, nec ad bibendum quispiam incitetur: cum ebrietas, & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incencium. Unde illam abusum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant (c) potatores: & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fecundiores exhaurit. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiore comonitus satisfaciatur, à beneficio, vel officio suo suspendatur.

## NOTÆ.

1. (a) **Ateranensi.** ] Cap. 15. ubi reperitur verba hujus textus, & in quarta collectione, sub hoc tit. c. 3. ex quibus codicibus transcripsit Raymundus.

(b) **Crapula.** ] Crapula est cruda epula, quæ contingit cum tantum de cibo sumitur, ut naturalis calor decoquere non valeat: circa escam datur, sicut ebrietas ex vino. Divus Isidorus lib. 2. sentent. tit. 43. ibi: Esca crapulam, potus ebrietatem generat. D. Augustinus lib. 10. confessionum, cap. 31. Ebrietas longe est à me, misereberis, ut longe fiat à me. D. Athanasius in q. Quid sit Christianus, ibi: Secundum naturam est temperantia in cibo, præter naturam crapula, supra naturam jejuniium. D. Lucas cap. 21. vers. 34. ibi: Cavete, ne forte graventur corda vestra in vino, & crapula; ubi addit Nicol. à Lira: Ex superfluitate cibi, & potus. Prudentius in hymno post cibum:

Sed ne crapula ferveat, cavendum est;

Quæ sedem fidei cibi referant

Uisus ad congeriem coarctet intus.

ideo tam crapula, quam ebrietas clericis prohibetur in præsentem, & in cap. non satis, de consecrat. dist. 5. ejus enim mala non minora sunt, quam quæ ex ebrietate oriuntur. D. Cyprianus epist. 25. de Fortum. idolis inserviente, sequentiâ fatatur: Nec mirum si consilia nostra, aut Domini præcepta nunc abnuunt, qui Dominum negaverunt; stipes, & oblationes, & lucra desiderant, quibus insatiabiles incubabant; & cœnis, atque epulis etiam nunc inhiant, quarum crapulam superflue in die cruditate vultabant, nunc manifestissime comprobantes, nec ante se religioni, sed ventris potius,

& gustus prophanâ cupiditate servire. Plura Sanctorum Patrum, & Philosophorum placita congesterunt Iodocus Coccius lib. 7. thesauri fidei cathol. art. 7. Solorzanus emblem. 36. Et apud Ethnicos sacri ministri insignes abstinentiâ aut erant, aut videri affectabant. Nonnulla circa hoc de Flamine Diale, præsertim vetiâ etiam severissimè inebrietatione, habet Plutarchus §. Rom. 112. Mira sunt quæ de Aegyptiorum sacerdotibus post Porphyrium lib. 4. de abstinent. refert D. Hieronymus lib. 2. in Jeron. ibi: Chremon Stoicus, vir eloquentissimus, narrat de vita antiquorum Aegyptiacæ sacerdotum, quod omnibus mundi negotiis, curisque postpositis semper in templo fuerint, & rerum naturas, causasque, ac rationes siderum contemplantis sint, nunquam mulieribus se miscuerint, nunquam cognatos, & propinquos, nec liberos quidem viderint ex eo tempore, quo cœpissent divino cultui deferre; carnibus & vino se semper abstinerunt, propter tenuitatem sensus & vertiginem capitis, quod ex parvo cibo patiebantur, & maxime propter appetitum libidinis, quæ ex his cibis, ex hacque potione nascantur.

(c) **Se obligant potatores.** ] Consonant D. Augustinus sermone 231. ibi: Plures in convivio suis irrident eos, qui minus bibere possunt, & per inimicam amicitiam adurare hortantur non erubescunt, ut potum amplius accipiant, quam oportet. D. Basilus homil. ad ebriet. ibi: Dimde potatione procedente ad ebrietatem, ut de augenda hæc insania certent, & de ebrietate per ambulationem contendant; cuius auctorem legi diabolum habent, victoriam vero præmissam peccatum. D. Ambrosius de jejunio cap. 13. quæ longum esset adscribere, hæc tantum libet prælibare, ibi: Unusquisque pugnas enarrat suis.



ibi fortia facta predicat, narrat trophæa. Saresbar. Policratici lib. 8. cap. 6. Sine mensura bibitur ad mensuram, & is ceteris prevalet, qui aut gula, aut dolo frangat, aut viciu compositores. A Scythis & Partis originem habuisse certamen hoc, constat ex Aristotele lib. 3. polit. cap. 7. Athenæo lib. 10. cap. 8. & ab ipsis Græcis Latini acceperunt. Cicero pro Flacco: Magnum erat certamen propositum, magna cum Græcis contentio; qui tamen, ut opinor, jacent vici. Iste unus totam Asiam magnitudine poculorum, bibendoque superavit. Rutilius Lupus lib. 1. de obsequio, ex Lycone: Protinus ex cubiculari lectulo excitatus in triclinium trahitur, ibi præsto sunt quotidiani pauci eodem studio excitati convivere; hic verò princeps paulum illud reliquum quod habet mentis, accensus poculis extendere festinat, & eos bibendo provocat, & lacessit, perinde ac si in hostium prælio plurimos superari, atque adlixerit, amplissimam sibi victoriam paratam existimans. Seneca epist. 83. Cuius omnes vitæ virtute magnifica, & nemo tam vini capax fuerit, vincere à dolo. Sidonius lib. 7. epist. 5. Hi sunt quorum laudare audeo in otio occupationes, in pace prædus, inter arma fugas, inter vina victorias. Plura de hoc certamine compositorum Lypsius lib. 4. elect. cap. 4. Grethlerus lib. 1. de benedict. cap. 14. Theophilus tom. 4. lib. 6. sect. 2. cap. 6. Parabant enim Gentiles se hoc bibendi certamine placere Diis. Tacitus lib. 5. annal. ibi: Libare se horem illam fore liberatori. Alex. ab Alexand. lib. 1. diæ. genal. cap. 21. illustrant Georg. Ambianus ad Tertial. de pudicitia cap. 7. observ. 1. & etiam Imperatoribus, ac amicis, D. Ambrosius de Helia & jejun. cap. 17. ibi: Quid referam sacramenta, qua violare nefas arbitrantur; bibamus, inquit, pro salute Imperatorum, & qui non bibere, sit reus in devotione. Videtur enim non amare Imperatorem, qui pro salute ejus non biberit. Solebantque tot pocula bibere, quot litteras Imperatoris nomen habebat, Martialis lib. 9. epigram. 99.

Addere quid cessas puer immortale salernum,  
Quadrantem duplica de seniore cado.

Nunc tibi dic quis erit, cui te Calatise Deorum  
Sex iubeo cyathos fundere, Casar erit.

Et lib. 11. epigram. 21. plura congestit Joann. Federicus Matensis lib. 1. de ritu bibendi, cap. 5. Pro magnoque honore apud Ethnicos semper agnitus fuit, se ad invicem convivantes propinare, & in signum amoris poculum ab amante deglutatum accipere, Martialis de Commodo sic ait:

Qui nulli calicem tuum propinas;

Flamane facis, hercule, non superbe.

Hinc exponendus venit Tertullianus ad uxorem cap. 6. ibi: De cuius manu desideraberis; id est, de cuius poculo participabis; quasi hæc lasciviarum commercia, & irritamenta huiusmodi mulieribus objiciat, easque interroget, à quo sibi maxime in his conviviis propinari vellent, à marito, an ab adultero. Notavit Albaspinus in ejus notis. Hujus certaminis causâ diversas mensuras, seu calices habebant, de quorum materia formaque plura congestit Ambianus ad Tertial. de pudic. dicto cap. 7. observ. 1. Illud notandum est, eos à parvis inchoasse, ac in fecundioribus desinere, Martialis lib. 12. epig. 28.

Ego

Sextantes poto, tu potas Cinna deuncem,  
Et queris quod non Cinna bibamus idem.

Et ipsos priusquam poculum haurirent, bene sibi precari solitos, docent veteres. Athenæus enim lib. 2. cap. 1. de regim. Athen. Amphitioni ita scribit: Jovis præterea servatoris nomen invocare constituit memoria gratiâ bibentium, quod sic bibentes salutem sine dubio consequerentur. Ovidius lib. 2. Fastor.

Largâ precaturi sumite vina manus.

Et bene nos, bene te, patria pater optime  
Casar.

Dicite suffuso per sacra verba mero.

Plautus in Stich.

Bene nos, bene me, bene nostram etiam Stibephantiam

Bibe si vivis.

Livius lib. 39. scribens de Quinto Flaminio, qui hominem inter epulas percussit securi jusserat, ait: Facinus, inquit, seivum & atrox, inter pecora atque epulas, ubi libare Diis dapes, ubi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis in sinu Consulis recubantis maculatam inhumanâ victimam esse, & cruore mensam respersam. Quæ verba mirè congruunt decollationi B. Joannis Baptistæ. Illustrat Mercurial. lib. 1. variar. cap. 2. hoc bibendi certamen non solum Ecclesiæ Patres clericis prohibuerunt, Innocentius in præfenti, Elfricus in canonibus ad Ulfinum Episcopum, cap. 29. ibi: Nullus presbyter ex ineptia bibat plus quam decet, nec alium provocet ad bibendum ultra quod desiderat. Et in Concilio ab Anselmo in Anglia celebrato, cavetur: Ut presbyteri non eant ad potationes, nec ad popinas bibant. Refert Malmesburg. de gestis Pontif. Angliæ. lib. 1. De Zosimo refert Anastasius Bibl. Hoc quoque constituit, ut nullus clericus poculum in publico propinaret, nisi tantum in casibus fidelium, maxime clericorum: verum & sæculares legislatores. Carolus Magn. idem servari jussit inter milites lib. 2. capitul. 72. & generaliter erga omnes hanc bibendi licentiam damnavit lib. 3. capit. 155.

## COMMENTARIUM.

EX hoc textu sequens communiter deducitur disputanda assertio: Clericus crapulosus, traditur vel ebrius non desistens ab officio suspenditur. Probat. Concluse  
bant eam textus in cap. final. in fine, 4. dist. cap. 3. vel ebrius non desistens ab officio suspenditur. Probat. Concluse  
Episcopus, 1. cap. luxuriosus, 3. cap. vinolentum, 6. 35. dist. cap. nullus, 7. cap. comestiones. 1. cap. non oportet, 2. 44. dist. can. 42. & 43. Apostol. cap. bis legitur, 3. in princip. 23. dist. cap. nullus, 35. c. ne sales, 29. de consecr. dist. 8. cap. 1. ne clerici, vel monachi. Concil. Toler. 3. can. 7. Agatheuse can. 41. Veneticum sub Leone I. Turon. 1. can. 2. Turon. 3. can. 48. Forojulietise sub Carolo can. 3. Cabilon. 2. can. 10. Mogunt. can. 46. Tribur. can. 1. Aquigran. 2. can. 6. Oxoniense can. 23. Colonienfe 3. can. 24. quorum verba referunt Crespetius in summa, verbo Ebrietas, Claudius Espenceus ad epist. Divi Pauli lib. 2. digress. cap. 6. ex sanctis Patribus eam probant Clemens lib. 8. constit. cap. 50. Chrylostomus homil. 29. in cap. 9. Genesis, Ambrosius de Helia & jejun. cap. 12. Epiphanius heresi. 26. Theodulphus ad presbyteros Aurel. cap. 45. quos & alios refert Raynaud. in oploth. sect. 2. serie 3. cap. 9. Illustrant ultra congestos in præfenti & Barbola & de potestate Episcopi p. 1. tit. 2. glossa 11. & de offic. Parochi cap. 6. num. 15. Petrus Gregorius lib. 2. partit. tit. 9. cap. 8. Landmeter. de veteri clerico lib. 2. c. 49. Acunna in cap. 3. & 4. 35. dist.



disf. Espenceus *disf. lib. 2. digres. cap. 14.* Salmuth, *ad memor. Pancirola, tit. 25.* Mendoza in *viridario lib. 1. problem. 44.* Cironius *ad tit. de statu monach.* Georg. Ambian. *ad Tertul. de jejun. cap. 16. obs. 1.* Tamburin *de jure Abbat. tom. 1. disfut. 21.* Raynaud. *in oplub. d. ferie. 3. cap. 9.* Savarus *ad Sidonium lib. 1. epist. 2. & lib. 5. epist. 7.* P. Pinto *in spicileg. c. 9.* Boëtius Epon Fabrotus & Cujac. *in presentis, Solorzanus emblem. 37.* Bulengerus *lib. 3. de conviviis, cap. 1.* Cresolius *lib. 4. mflag. cap. 7.* Cochier *in face histor. cent. 1. cap. 9. & 13.* Conradus Kling. *lib. 5. locorum commun. cap. 22.* Alteffera & Franc. Florens *in presentis.*

4. Impugnatur traditio assertio.

Sed pro dubitandi ratione primò insurgit potest. ex defectu potestatis constitutionem hanc vites non habere, quod probatur ex D. Paulo *ad Colofenses c. 2. vers. 16.* ubi ait Apostolus: *Nemo vos iudicet in cibo, & potu.* Quibus verbis expressè inhibet, ne tam clerici, quam laici iudicentur super cibo & potu. Igitur nec ejus ratione puniti possunt. Accedit sententia Domini nostri Jesu Christi apud Matthæum *cap. 15. v. 11.* ibi: *Quod intrat per os, non conquinat animam.* Igitur si ex crapula, aut ebrietate anima non coinquinatur, non potest ob crapulam, aut ebrietatem clericus suspendi, Augetur hæc difficultas ex pluribus factæ paginæ locis, in quibus exprimitur, ebrietatem per se malam non esse, immò aliquando expedire, juxta illud Psalmi: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ Et psalmo 64. Visitasti terram, & inebriasti eam.* Et Spiritus sanctus in canticis ait: *Comedite amici, bibite, & inebriamini;* saltem ad tollendum merorem, juxta illud Proverbiorum *cap. 31. v. 6.* *Datæ scieram merentibus, & vinum bis qui amaro sunt animo: bibite, & obliviscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius, Seneca de tranquillitate. ibi: Nonnunquam & usque ad ebrietatem veniendum est, non ut mergat nos, sed ut deprimat curas.* Unde varii Philosophi fœdam esse ebrietatem negarunt, ut Antonius Triumvir apud Plinium *lib. 14. cap. 22.* conscripto libro pro ebrietate, Plato quoad dies Baccho festos, ut est apud Laërtium *lib. 3. in Platone, & alii; de quibus Philo lib. de plantatione Noe, sub finem.* Accedit etiam, vinum prodesse ad acumen ingenii, ut Cretensis apud Gellium *lib. 15. noctiam. cap. 12.* jactitabat; unde Horatius *lib. 1. satyra 3. ait:*

*Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt,*

*Quæ scribuntur aqua potioribus.*

Idem confirmat exemplo Homeri, ibi:

*Laudibus arguitur vini virosus Homerus, Ennus & ipse pater nunquam nisi potu ad arma*

*Profiluit ducenda.*

Cælius Megapolitanus *cent. 1. epigr. 20.*

*Aonio fas est ex fonte bibisse Poëtam,*

*Nobis vina magis, quam sicutuntur aqua.*

*A mero posse meliorem spero poetam,*

*Dostè magis scribit qui meliora bibit.*

Igitur non ita acriter debet in clericis prohiberi ebrietas.

5. De malis ebrietatis.

Quæ difficultate ita fulcitur non obstante, vera est præfens assertio, cujus ratio petenda est ex malis, quæ proveniunt ex inglutivie, crapulæ, & ebrietate, quæ expressit Divus Clemens Alexandrinus *lib. 2. pedagog. cap. 1.* ubi in detestationem nimæ gulositatis ita ait: *Sicut ait sanctus*

*Chryostomus homil. 16. in Acta, in navibus supra modum oneratis magna turbatio est nauarum, gubernatoris ejus, qui in prova est, eorum qui ascendant malum, qui superiora quidem proiciunt in mare, quæ autem inferiora, perdunt: sic sanè & hoc loco; nam quæ superius sunt, evomunt: alia autem inferiora, & seipos corrumpentes, liberantur; quod sane turpius est omnibus, quia ipsum os usum recipit postremarum partium, & sit illis ignominiosius. Si autem in ortè tanta turpitudine, cogita in anima quid? Etenim illic omnia procella, omnia tenebræ, multarationum confusio. Ex Sallustio Seneca epist. 60. Animalium loco, non hominum habendos esse ventri obedientes; & si ultra communem modum seviat ea affectio, ne in animalium quidem numero ponendos docet, sed mortuorum, cum se ipse non utantur, atque ideo non vivant, sed sicut in domo sint, quasi in conditorio. Plura congesserunt Jodocus Coccius ubi supra, Solorzanus emblem. 36. Theophil. Raynaud. de virtut. sect. 2. cap. 5. Nec minima mala ex bibacitate veniunt, quæ nihil turpius, & homini honesto indignius SS. PP. & Philosophi orti centuerunt, quorum auctoritates retulerunt Solorzanus emblem. 38. Raynaud. & Coccius ubi proxime, Beyerlingk tom. 3. theair. verbo Ebrietas, Philipp. Cametar cent. 1. horar. succis. cap. 94. Novarinus in agno Euch. lib. 5. cap. 84. per totum, & lib. 6. aqua nupt. cap. 23. cum seqq. Ex quibus percurremus tantum duo mala, quæ signanter Patres Concil. Later. in presentis illis verbis: *Cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incendium, expresserunt.**

Duo igitur mala præcipuè sequi ex ebrietate ait Innocentius in presentis. Primum, quod mentem alienat, juxta illud Proverb. cap. 23. vers. 3. *Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur perversa, & eris sicut dormiens in medio maris, & quasi sopitus gubernator amisso clavo; & dices: Verberaverunt me, & dolus; traxerunt me, & ego non sensi; quando evigilabo, & rursum vina repetam.* Et apud Oseam *cap. 4. vers. 11.* legitur: *Fornicatio, & vinum auferunt cor, Philo de plantatione Noe, ibi: Hoc venenum, si non mortem, certe creat insaniam.* D. Hilar. in psalmo 125. *Quid verò infelsius ebrietatis dominatu, ventri ultra capacitatem infundere, sensui rationem adimere, non loqui, non meminisse, non stare, & mortem quandam naturæ incolumis imperare.* Origen. homil. 7. in Levit. *Sobrietas mater est omnium virtutum, sicut è contrario ebrietas omnium vitiorum.* Clemens *lib. 2. pedagog. cap. 2.* Unde Alexander Magnus ingentes animi dotes, quibus omnes Reges antecessit, videlicet illam in subeundis periculis constantiam, in rebus molendis, efficiendisque velocitatem, in deditis fidem, in captivis clementiam, in voluptatibus temperantiam intolerabili vini cupiditate fœdavit, testante Quint. Curtio *lib. 5.* Hinc ebrius omnia profert; Horatius *lib. 1. epist. 1.*

*Quid non ebrietas designat? opera recludit,*

*Arcanum demens detegit ebrietas.*

Sed & Plato nullum tormentum ad veritatem eliciendam vino efficacius adhiberi posse, ajebat. Quò respexit Horatius de arte poetica.

*Reges dicuntur multis urgere culullis,*

*Et torquere mero, quem perpexisse laborant.*

Secundum malum est libidinis incendium, quod lascis



facris litteris demonstratur. *Proverb. cap. 10. Luxuriosa res est vinum.* Et Divus Paulus ad *Ephef. cap. 5. versu 18.* ait: *Nolite inebriari vino, sicut quo est luxuria.* Docuerunt Sancti Basil. Seleuc. in vita S. Thecla: *Ebrietas voluptatis incedendum est, venterque mero asuans, desummat in libidinem.* Prosperus Aquitanic. *lib. 2. de vita contempl. cap. 22. Luxuriosam facit & nuxit vini perceptio nimia.* Echumanis litteris exprimitur à Terentio in *Eunuch.*

*Sine Cerere & Baccho friget Venus.*

Virgilius de vino, & venere:

*Nec venis, nec tu vini capiaris amore:*

*Uno namque modo vina, venusque nocet.*

*Ut venus enervat vires, sic copia vini:*

*Extentat gressus, debilitatque pedes.*

Quare Romanis vino usus non fuisse usque ad sexcentiesimum annum, refert Plinius, nec apud eos vitum bibebant usque ad trigésimum annum, mulieres verò nunquam. Refert Gellius *lib. 10. nocturn. cap. 13.* Halicarnasus *lib. 2.* Plutarchus in *problem.* Unde invaluisse morem oculandi uxores ad id cognoscendum, ex Plutarcho & aliis probat Traquilus in *l. 7. connub. num. 15.* Idemque observatum fuisse apud Lacedæmonios, Milesios, & Massilienses idem probat, & Plato in suis legibus ita cavet: *Nullus, qui in castris versatur, vinum gustet, sed toto illo tempore aquam potet, & in civitate nec seruus, neque Magistratus, eo anno, quo Magistratus funguntur, sed neque gubernatores, neque ius, qui in consilium aliquid vocantur.* Refertur *Ælianus lib. 10. var. hist. cap. 9.* Diodorus Siculus *lib. 4. cap. 5.* Et in lege veteri Sacerdotibus usus vini interdictus erat, *Levitic. cap. 9. 10. & 11.* apud Moscovitas sacrificantes vinum gustare prohibentur; Sigismundus de *rebus Moscov. fol. 29.* Et primis Ecclesiæ sæculis Virginibus Deo sacratis vinum interdicebatur. Divus Hieronymus in *epist. ad Eustochium*, ibi: *Sponsa Christi vinum fugat pro veneno.* Notavit Cironius ad *tit. de stat. monach.* Rectè ergo in præsentis statutum, clericos crapulae, aut ebrietati deditos, monitione præmissa esse suspendendos. Plura de ebrietatis damnis D. August. *tract. 17. de ebriet.* Clemens *lib. 2. pedag. cap. 2.* Mendaciam omnino vendicandam *in lib. 1. Regum, cap. 1. num. 15. annot. 11.* ubi inter alia probat, quod ebrii sint bruti, & diabolo deteriores, & filii Belial, & sine iugo, & apostatae; & quod ebrietas sit pestilentia, insanabile venenum, libidinis, & somnolentiae comes, cadum mater, & rationis naufragium. Solorzanus *tom. 2. de jure Indiar. lib. 1. cap. 24. num. 76.*

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa, deducta ex Apostolo ad Colossenses; nam D. Paulus ibi non improbat sobrietatem, aut jejunia ab Ecclesia indicta, ad edomandam carnis petulantiam; sed impugnat Judæorum abstinentiam, qui certis cibis nunquam utebantur, eo quod secundum præcepta ceremonialia legis veteris immundi erant; sic enim Gentium Doctor ibidem ait: *Nemo vos iudicet in cibo, & potu, aut in parte diei festi, aut Neomenia, aut Sabbatorum;* ut docuit Bellarminus de Romano Pontif. *lib. 8. cap. 48.* Similiter etiam auctoritas Divi Matthæi exponenda. D. Gonzalez in *Decretal. Tom. III. Pars I.*

da est cum D. Thoma 2. 2. *quest. 148. art. 1.* asserendo, quod id quod intrat in homine per modum cibi, non coquinat eum spiritualiter, secundum substantiam, & naturam: sed Judæi, quos Dominus ibi increpabat, existimabant, quod aliqui cibi eos immundos redderent, non propter figuram, sed propter propriam naturam: inordinata autem ciborum concupiscentia spiritualiter hominem coquinat. Næc obstat augmentum difficultatis deductum ex variis sacre Pagine locis; nam ebrius præter notam significationem, de qua accipitur in præsentis, pro pleno, & ad saturitatem usque refectione accipitur. Plautus ebriam cœnam dixit, id est, oppiparam; quo modo ebrietas, & inebriatio accipitur pro satuitate, & plenitudine spirituali, aut temporali in sacra Pagina, ut post Divum Augustinum *quest. 144. in Genesim*, notavit Bethemerus in phrasibus sacre Scripturæ, verbo *Ebrietas*. Nec obstat ultimum augmentum difficultatis, nam in præsentis nimia bibacitas, seu ingurgitatio usque ad ebrietatem, non autem modicus vini usus prohibetur; vinum enim cum temperantia ad plura prodest; unde Apostolus ad *Timotheum cap. 5.* monet, ut utatur modico vino, propter stomachum: & Ecclesiasticus *cap. 31.* docet, quod exultatio animæ, & corporis vinum est moderatè potatum, & statim sanitas est animæ, & corporis sobrius potus, fugat eam curas. Tibullus.

*Sape ego tentavi curas expellere vino.*

Ovidius *lib. 3. de arte.*

*Cura fugu multo, diluiturque mero.*

Unde Philosophus Anacharis dicebat, primam in menta crateram pertinere ad sitim; secundam ad hilaritatem; tertiam ad voluptatem; quartam ad insaniam; latè commendatunt vini virtutes Salmutius ad *memorab. Pancirole tit. 25.* Majolus *diar. canonic. fol. 273. & 366.* Vales. in *sacra Philosoph. cap. 17.* Levinus Lemnius de *plantis cap. 25.*

Sed adhuc supra traditis obstat textus in *cap. quando, 44. dist.* ubi Patres Concilii Nannet. statunt, clericos ad collationem accedere debere, ita ut per inhonestam conviviam non se invicem gravent. Et in calce textus hæc proponunt verba: *Episcopi per alios omnibus, qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, & singuli singulos bibere faciant, & maxime ultra tertiam vicem poculum non contingant.* Ex quibus apparet, posse clericos se ad invicem invitare ad bibendum, & usque ad tertiam vicem poculum sumere. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, quod licet clericis prohibitum sit se publicè & coram laicis ad potandum invitare, tamen privatim inter se id facere possunt; dummodo oculi eorum non graventur, nec ebrietas timeatur: unde cautè Patres ajunt, ne ultra tertiam vicem poculum contingant, qui numerus est terminus temperatorum, ut de Augusto refert Suetonius, ter tantum bibere solitum; idem de Justino refert Corippus *lib. 3.* idque lege convivali cautum fuisse referunt Plinius *lib. 28. cap. 6.* Petronius in *saryr.* ibi: *Excusare caput moram, quod amicu se non dimisisset, tribus nisi portionibus ex lege servatis.* Et antequam antiquus

8.  
Exponitur  
textus in  
cap. quando,  
44. dist.



tus Magistratus, qui convivas, ne se nimio vino polluerent, legis symposiaca admonerent, ut ex Platone, & Varrone notat Sava-  
rus ad Sidonium lib. 1. epist. 2. verbo Scythorum. Merito ergo in dicto cap. quando, permittitur clericis usque ad tertiam vicem poculum sumere, cum eo numeto etiam viri temperati utantur.

9.  
Explicatur  
cap. si con-  
suerit 12.  
de accusat.

Deinde opponi potest textus in cap. si consue-  
verit 12. de accusat. ubi agitur de clerico ebrioso  
qui in taberna pernoctavit, & sequenti die præ-  
missa dormitione Missam cantavit. Et deciditur,  
quod si Ecclesiam in commendam tantum habe-  
bat, Episcopus ei perpetuum imponat silentium;  
si autem eam in titulum obtinebat, & non constet  
eum delictum perpetrasse, ob quod beneficio sit  
privandus, Ecclesiam ipsam pacificè retineat. Ex  
quo textu expressè constat ob ebrietatem cleri-  
cum beneficio privari non posse: Ergo non rectè  
in præfenti docetur, clericum vinolentum, nec  
monitione præmissa desistentem, beneficio &  
officio suspendendum esse. Pro cuius difficulta-  
tis solutione dicendum est, suspensionem, de qua  
in præfenti, non esse perpetuam, sed temporariam,  
ut probat Suarez de censur. disputat. 25. sect. 2.  
num. 8. unde cum in dicto cap. si consueverit,  
ageretur de privatione beneficii perpetua, rectè  
docetur, quod nisi aliud crimen probatum sit,  
ex quo beneficii privatio indicatur, cleri-  
cum etsi vinolentum non debere benefi-  
cio, quod in titulum possidebat, spoliari.  
Alia etiam in ejus textus specie adfuerunt,  
quæ in ejus commentario Deo volente expo-  
nemus.

10.  
Adducitur  
textus in  
cap. non o-  
portet 10.  
44. dist.

Sed antequam hinc abeamus, exponendus  
est difficilis canon 55. Concil. Laodic. in illis ver-  
bis: Non oportet sacros, & clericos ex collatione  
convivia peragere, sed nec laicos. Apud Gratianum  
autem in cap. non oportet 10. 44. dist. ita legitur:  
Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos,  
aut etiam laicos Christianos ex symbolis, qua vulgus  
comestiva appellat, convivia celebrare. Ubi sive le-  
gas, ex collatione, ut in Concilio; sive ex symbolis,  
ut apud Gratianum, ex versione Gentiani Her-  
berti, semper liquet, non licere clericis, seu laicis  
convivia, seu co-  
tiones facere. Pro cuius textus  
vera expositione sciendum est, quod quam-  
vis verbum, collatio, plerunque accipiat pro  
ea refectiuncula, quæ à jejunantibus sumi-  
tur, cap. quando, 44. dist. late probant Land-  
meter. lib. 2. de veteri clerico. cap. 104. Filesa-  
cus de Quadragesima, cap. 6. Eftenus lib. 9. dis-  
quisit. monast. disquisit. 2. tamen aliquando ac-  
cipitur pro collatione ciborum ad convivium,  
cum unusquisque confert quod edat, & tunc  
idem est collatio ac symbolum. Divus Hiero-  
nymus in cap. 23. Proverb. in explicatione illo-  
rum verborum: Vacantes potibus, & danius

symbola; symbolum, ait, græcum nomen est,  
& interpretatur collatio, cum unusquisque solet  
pro sua parte cibos conferre ad vescendum. Hinc  
symbolum fidei ita appellatur, quia quilibet ex  
Apostolis contulit suam partem: quare collatio,  
sive symbolum dicitur. Alphonsus noster in l.  
1. tit. 3. part. 1. ibi: El Credo in Deum, que en  
latin llaman Symbolum, quiere tanto dexir como  
botados; esto es porque cada uno de los Apostoles  
dijo su palabra cierta. Unde colligitur, non  
impropriè apud Gratianum loco verbi collatione,  
ex symbolis, haberi. Etiam apud Græcos dicitur  
hæc collatio, Eranos; unde legebat Alciatus  
lib. 2. disput. cap. 15. Max pecunia, quasi eranos,  
jussu Præfidis sublatæ; & in l. creditur 102. ff. de  
solut. sed rectius legitur in Florentinis arosæ,  
ut post Cujacium, Cortasium, & Olvaldum  
notavit Salmutius ad memorab. Pantrol. tit.  
51. His suppositis Glossa in dicto cap. non oportet,  
verbo Ex symbolis; & Zonaras in d. can. 55.  
docent idem prohiberi in eo textu sacerdotibus ex  
collatione convivia celebrare, quia indecens est  
de aliena substantia edere, aut bibere, juxta illud  
Juvenalis.

... miserum est aliena bibere quadræ.  
Sed hæc interpretatio sustineri nequit; nam cre-  
di non potest sollicitos fuisse Patres, ne clerici ex  
aliena substantia ederent. Quare verius dicen-  
dum credo, in eo canone prohiberi convivium  
illud, ubi more temulentorum, & ebriorum ho-  
minum jocabatur; quod Patres ibi appellant com-  
estationes, quæ valde exosa fuerunt omnibus  
gentibus. Hebræis videlicet, Ethnicis, & Christianis.  
De primis constat ex cap. 25. Deuteron. ibi:  
Si genuerit homo filium concumacem, & proter-  
vum, qui non audiat matris, aut patris imperium,  
& coercitum obedire contempserit, apprehendent  
eum, & ducent ad seniores civitatis illius, &  
ad portam judicis, dicentque ei: Filius nostrum  
iste protervus, & contumax est, monita nostra audi-  
re contemnit, comestationibus vacat, & luxuria, at-  
que conviviis. De Gentilibus liquet ex Suetonio  
in Vellio, qui refert, ipsum epulas divisisse in  
jentacula, prandium, cœnas, ac comestationes. Mar-  
tial. lib. 12. epigram. 46.

Non Albana tibi sit comestatio tanti,  
Nec Capuolina, Pontificumque dapæ.

Apulejo apolog. 1. Habo crimen meum, qua-  
si improbi comestatoris. De Christianis idem do-  
cent Divus Petrus epist. cap. 4. Divus Paulus ad  
Galat. 5. unde à Patribus in d. can. 55 pro-  
hibetur ex prædicta collatione, sive symbo-  
lis, aut ut compilavit Martinus Brachar.  
in cap. non liceat, ead. 44. dist. ex confertis  
convivia, sive comestationes facere, quia  
exinde ingurgitationes, & ebrietates orie-  
bantur.

## CAPVT XV.

Idem in (a) eodem.

Clerici officia, vel (b) commercia secularia non exerceant, maxime inhonestis;  
mimis, jocularibus, & histrionibus non (c) intendant, & (d) tabernas prout  
evi.







eis aures. Cateri inferiores clerici non multam in tonsura discrepent ab eisdem; coronam & desuper congruentem habeant. Synodus Ravennat. paulo post celebrata sanxit ut clerici coronam, & tonsuram deferant congruentem Rhotomag. Synodus novem post annos coacta, gravi animadversione plectendos decernit clericos minus congruentem tonsuram deferentis. Quae dicatur tandem tonsura congruens, ex gradu clericali, & regionis more petendum est. Triplicem fuisse olim coronae formam, probant Pennotus lib. 2. hist. canonic. Regul. cap. 29. Saulay in panopl. cleric. su. 1. lib. 3. cap. 2. Ex quibus usitatio est quam describunt Patres Concil. Tolet. 4. can. 41. ibi: Omnes clerici, vel lectores, sicut Levita, & Sacerdotes, de consuetudine superius toto capite, inferius solam circuli coronam relinquunt. Et Concil. Tolet. sub Sixto IV. celebrati, can. 14. ibi: Statuimus ut de cetero praedicti clerici, tam conjugati, quam non conjugati, tonsuram quantitatis unius regalis deferant; quae forma ad circumferentiam accedit minori hostia consecranda pro laicorum communionis. Sensim igitur ubi tonsura excreverit, per singulos gradus ordinum, nisi a mensura poterit presbyteralis corona ad magnitudinem hostiae pro sacrificio consecranda proportionabiliter pervenire, ut ut clerici pro distinctione gradus congruentem, proprioque cuiusque gradus convenientem deferant tonsuram, ut expressum fuit in Concilio Toletano à Francisco Jojosa celebrato, ubi verbis: Tonsura sit conspicua, non ea quaedam in omnibus clericis una, sed maior sacerdotali, dignitas tribus undequaque à vertice pateat; duobus diaconalis, semidigito subdiaconalis angustior; minorum ordinum omnium sit minima, & digito undique sit distans. Rationem huius sphaericae attonfionis, diversaeque formae fuscè prosequitur Saulay d. p. 1. Panopl. cleric. lib. 3. per totum.

(g) Non notanda. Id est, ut talos attingat, nam vestis oblonga, venerabilis & propria est virorum sapientum. Elias Cretenfis ad orat. 4. Nazianz. licet in aliis viris longitudo vestimenti improbata sit, tam à Catholicis, quam Gentilibus, ut probat fuscè Theophilus Raynaud. tom. 13. in tract. laus brevitatatis, cap. 9. §. 2. fol. 514. tum quia vestis oblonga, praesertim fluxa, symbolum est vitae voluptariae. Ivo Carnot. serm. de adulter. habit. Impudicus habitus corporis est in viris superflua & inordinata capillatura, vestimentorumque muliebrium affectata similitudo. Nyssenius lib. de vita Moysis: Ad hanc vitam faciendam talaris vestis & effusa, id est, voluptuosa & vitiosa vivendi ratio, quae latissime patet, nimiumque effunditur, impedimento est. Aliud in oblonga veste probum notarum quandoque deprehendo. Sic Clemens Alexand. 2. Pedag. cap. 12. Trahere vestes ad summos usque pedes demissas, valde est arrogans & superbum, quod ambulandi actionem impedit; cum vestis instar verruculi, quae in soli sunt superficie, sordes secum atrahat; ne fractis quidem & evervatis his saltatoribus, qui Cynadicam turpitudinem mutam in scanam transferunt, vestem cum tanto dedecore disfluentem despiciantibus: quibus exquisita vestes, simbriarumque dilationes, & curiosa figurarum numeri, iliberalem ac sordidam

firmatum molliem indicant. Item creditus Proter per lib. 2. de vita contemplativa, cap. 4. in quibusdam factis per tonis illum nævum fugillat, dicens: Taceo de illis qui undante lapsabundis corporis motu, desluentibus in talos vestimentis incedunt, & vagis laterum fluxibus quodammodo fluctuantes, animorum dissolutionem vestigis sinuosa nobilitate nutantibus produunt. Prosequitur Theophilus ubi proxime, & tom. 4. lib. 6. sect. 2. cap. 18. num. 277. Clericorum ergo talaris vestis semper propria fuit. Matthæus Parisius in Henrico III. refert hoc capitulum Concilii Anglicani, ubi praesens textus confirmatur, ibi: Quoniam de habitu clericorum, quoniam clericali videtur, sed potius militaris, grave scandalum laici generant, firmiter statuendo precipimus, ut ad formam, tam de vestibus clericorum, quam de ornamentis equorum, in generali Concilio editam per subtractionem beneficiorum à Episcopis restringantur, ita quod in mensura decens vestes habeant, & cappis clausis utantur in sacris ordinibus constituti, maxime in Ecclesia, & coram Praelatis suis, & in conventibus clericorum, & ubique in Parochiis suis; qui cum animarum cura Ecclesias susceperunt; & ut possint Episcopi alios melius ad honestatem vestium, consuetudinem, & coronam decentem, & equorum ornamenta idonea conserare, provident ut à sacris clericis commensuralibus haec prius faciant observari, habentibus eos in vestibus, calceariis, framu, & sellis, clericali gerentes habitu honestatis. Cujus talaris vestis varias rationes congestit Saulay lib. 3. panopl. cleric. cap. 1. qui ejus usum originem reperit ab Hebraeis, apud quos hujusmodi vestes talares in usu erant. Unde de Josepho legitur Genesis cap. 37. Israel dignebat Joseph super omnes filios suos, secumque et tunicam polychromam. Ubi Theologi politivi legunt, talarem; nec abs re, nam infra legitur: Nudaverunt enim fratres eius tunicam talari. Hinc zonatum usum apud ipsos, quae adhibebantur, ne inter agendum, aut ambulandum nimium vestis ipsa talaris deflueret, essetque motus, & operationi incommoda; unde Angelum se praebuisse praecinctum, ut Tobiam filium in via comitaretur, refertur cap. 5. Tobiae, ibi: Invenit invenem splendidum stantem, praecinctum & paratum ad ambulandum. Hinc Christus ipse Apostolorum scorum pedes abluturus praecinxit se, Joannis cap. 13. vers. 4. & Angelus educiturus Petrum de carcere Herodis, dixit ei: Praecingere, & circumdare tibi vestimentum tuum. Act. Apost. cap. 12. vers. 8.

(h) Pannus ruber. Consonant Concilium Chalchurcense, can. 4. Canonici vivunt exemplo Orientium, & non in India coloribus, & non veste pretiosa. Narbon. can. 1. Huc regulariter distinctum est, ut nullus clericorum vestimentis purpurea induat, quae ad jactantiam pertinet mundanalem; non ad religiosam dignitatem: ut sicut est de voto in mente, ita ostendatur in corpore; quia purpura magis laicorum potestate praedita debetur, non religioni. Erat enim olim, praecipue in nostra Hispania, magnus excessus clericorum in delatione vestis purpureae: ut refert Sahabedra in chron. Gothie. cap. 14. fol. 185. Oblivandum tamen est Regali sacerdotis fuisse



fuisse etiam purpuram communicatam ab ipsis Imperatoribus, ut probat Saufay lib. 4. *Parapl. cleric. sect. 1. §. 2.* & Romani Pontificis beneficio idem decus sacrae purpuræ concessum fuit Legatis Apostolicis; & Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ut probat Saufay ubi supra, cap. 2.

(i) *Viridis.* Consonat Synodus Basiliensis, ubi Patres in exhortatione modestiæ ita ajunt: *Vestimentis utantur prout sacri canones statuerunt; abstinere a coloribus rubris, & viridibus.* Et infra: *Non portent in sellis, frans, aut pectoralibus equorum aurum, vel argentum, aut ornamenta metalli depicta, aut figurata, aut mappas sericas, seu alia ejusmodi superstitiatum; & quod ornamenta equorum sint unius coloris, non rubri, vel viridis, nec calcaribus deauratis utantur.* Facit Concil. Tolet. sub Sixto IV. cap. 6. extat tom. 34. Concil. Regie edit. pag. 37. Salzburgense tempore Gregor. 11. c. 11.

(j) *Manicæ.* Manicæ hic accipiuntur pro chirothecis, ut in Missali veteri, quem edidit Hugo Menardus post librum Sacramenti. D. Gregorii ibi: *Exeat manicæ, latæque manus.* Ubi ex Leone Hostiensis probat Menardus fol. 362. In Concilio Lateranensi additur, *manis, aut solularibus consuetis, seu rostratis.* Ubi vox, *consuetis*, refertur ad manicæ: vox vet. *rostratis*, ad calceos, seu solulares. Consuetitas autem Pontifex appellat manicæ, quæ vel partim fimbriis, partim fasciis, veluti quibusdam quasi virgulis, & funiculis hunc holoclericis, aut similibus ornantur, vel quæ diversis ex panniculis, atque discoloribus pictatis confluntur, quæ vestes in Clementina 2. hoc m. dicuntur virgatæ, & partim apud nos, *maicadas*, & *vardadas.* Rostratos autem solulares dixit Pontifex, vel unico longo rostro protensos, vel lunatos, aut cornutos. Facit Synodus Basl. in prædicta admonitione ad clericos, quæ extat in appendice post sessiones, pag. 555. ibi: *Nallus portet corrigias auri, vel argenti ornatum habentes, vel caligas solutas.* Et in dicta Toletana Synodo, ut. 5. legitur: *Nec virides vestes induere, aut caligas ejusdem coloris, aut solulares albos, vel rubros, niscum nigris de super solularibus duntaxat calceare de cetero præsumant.* Et quia posterioribus his sæculis in Gallia magnus erat excessus clericorum circa indumenta pedum, ut Joannes Gerfon Cancellarius Parisiensis conqueritur his verbis: *Quid est, quod quarundam Ecclesiæ Canonice calceos rostrati, vestibus accubati, abjecto clericali habitu militarem assumunt?* Ideo in variis Synodis provincialibus similes excessus reprehensi fuerunt, ut in Synodo Senonensi can. 24. ubi statuitur: *Ne clericis lanatis, seu cornutis, aut nimis fenestris calceis utantur.* Et in Synodo Narbon celebrata anno 1551. ita cavetur: *Vestis, & caligas gerant integras, non variegatas, nec incisus, quæ laicorum inconstantia, & levitatis, quam clericorum gravitati magis conveniunt.* In Synodo Rhemensis celebrata sub Sixto V. sess. 8. sub tit. de clericis, ita legitur: *Peste ecclesiastica, eaque talari de decem utantur omnes clerici, nec sine illa pallium breve, aut longum deferant, aut unquam procedant in publicum; nec crispatis indusis, vel arte scissis calceis, dissolutorum laicorum personas referant.* In Synodo Aquisi anno 1585. ita cavetur: *Caligas non turgidas, neque dissolutas.* D. D. Gonzalez in *Decretal. Tom. III. Pars I.*

calceis quoque non incisus utantur. An tamen prioribus Ecclesiæ sæculis clerici, & ceteri fideles nudis incederent pedibus, examinat latè Lantdmeter. lib. 1. de veteri clerico, cap. 16. 17. & 18.

(k) *Frans, sellis, pectoribus.* Pertinent hæc ad clericorum equitationem, quam nolunt Ecclesiæ Patres esse pomposam; nam pectoralia hic intelliguntur equorum. Olim enim oria, & phalera equorum gemmis, tanquam stellulis illuminabantur, nec solum hæ, sed etiam balthei, & equestres sellæ. Virgil. lib. 7. *Æneid.*

*Aurea pectoribus demissa monilia pendunt.* Gellius lib. 5. cap. 5. ait: *Equitatumque frans, ephippis, monilibus, phaleris præfulgentem.* Idem Macrobius lib. 2. cap. 2. & Salisbar. Polerat. lib. 6. cap. 19. Apulejus de Deo Socrat. *Nec enim in emendis equis, phaleras consideramus, & balthei polmina inspicimus, & ornatissima cervicis divitiis contemplamur, si ex argento, & auro, & gemmis monilia, varia gaze dependens; si plura arcus ornamenta capiti, & collo circumiacent, si frena calata, si ephippia fucata, cingula aurata sint, &c.* Claudianus de 4. Consulatu Honorii:

*Turbantur phalera spumosis moribus, aurum*

*Fumat, anhelantes assudant sanguine gemma.*

Idem epigr. de phaleris equi Regii.

*Dumque auro phalera, gemmis dum frans remittent.*

Idem de equo Honorii:

--- *Ervine superbus*

*Erecto virides spumis perfunde smaragdus;*

*Luxurienti tumida gemmata monilia collo.*

*Nebulis auratos iam purpura vestiat barros.*

In hanc rem singularis est lex unica, C. nullis lucro in frans equestribus, sellis, & in baltheis margarinas & smaragdos, & hyacinthos aptare; nec non Novella 81. Leonis Guntherus *Ligur. 4.*

*Gemmatosque lupos, & fulvum mysticæ aurum.*

(l) *Cappæ manicatas.* In Decretis Concilii Eboracensis apud Hobedenum parte posteriori annatum, legitur: *Præcipimus etiam, ut Sacerdotes non cappis manicatis incedant, sed in vestibus suo ordini congruis.* In Synodo Londin. habita anno 1200. legitur: *Clerici omnes habeant habitum clericalem, & consuetam canonicam: Archiepiscopi autem, & in dignitatibus constituti alii, & presbyteri cappis manicatis non utantur; ut emendat Saufay p. 2. *Parapl. lib. 1. §. 10. fol. 487.* Manicæ sunt extremitates vestis, quibus teguntur manus. Virgilius lib. 9. *Æneid.**

*Brachia manicæ velant extrema capaces,*

*Et tunicæ manicæ, & habent redimicula mitra.*

Veteres utebantur tunicis eâ formâ, quâ hodie sunt dalmaticæ Diaconorum, & Subdiaconorum, id est, quæ ante pectus integræ sunt sine jugulo, scissæ à lateribus, in quibus manicæ cubitum non excedebant, nec ultra genua extendebantur. Demùm cœperunt tunicas manicatas



hicitas gestare. Divus Augustinus lib. 3. de doctrina christiana, cap. 12. ibi: Sicut iatres, & manicas tunicas habere, apud Romanos veteres flagitium erat, nunc autem honesto loco natis, cum tunicati sunt, non eis habere flagitium est. Quæ vestis dicebatur collobium. Servius ad illud Virgilit 9. Aneid. Tunica manicas, ibi: Tunica vestra habent manicas; quod etiam Cicero vituperat dicens: Manicatis, & iatariis tunicis; nam collobium utebantur antiqui. Quæ totidem verbis refert sanctus Hieronymus in Hebraicis questionibus. Nicetas thesauri orthodoxi lib. 1. cap. 39. Dalmatica, quæ nunc collobia dicuntur, purpuræque præcinctur, induti, phylacteria sua ostendebant, breves nimirum chartulas, quibus inscripta lex erat; quæ illi pretiosius fascis ornatas, atque distinctas, tanquam Judæorum Magistrum deserebant. Plura de collobio congesserunt Valelius in notis ad Marcellinum, fol. 45. Bulengerus lib. 1. opusc. cap. 22. Meursius in Glossario, verbo Collobium. Zerda in advers. cap. 22. fol. 15. In præsentem ergo prohibetur præbyteris cappas manicatas in divinis officis deferre; cum cappis verò propriis Ecclesiæ ministrante Episcopo; ipsum præcedere debent, ut ex veteri ordine Romano probat Vicecomes de ritibus Bapismi volum. 4. lib. 5. cap. 2. per totum.

ii. (m) Personatibus. Personatus quid sit in Ecclesia, expostui in cap. ad auras, de rescriptis.

(n) Transformari. Quem vestium abusum, præcipue indutis vestibus alterius sensus, magno opere legesatores improbarunt. Philo Judæus de fortitudine, ibi: Volui lex virum in vestibus se, ut virum decet, gerere, quem cum die, nocteque circumferat, talis esse debet, ut eum semper decoris, honestatisque admoneat. Sic & mulieres ornans pro dignitate, utat virilem vestem sumere, longè submovens effeminatos viros, tum plus agno viriles feminas. Lex Quintus 23 ff. de auro & argent. ibi: Quod sine vituperatione vir non facile utitur muliebribus. Legem refert Josephus lib. 4. antiquit. illis verbis: Cavete autem maxime in bello, ut neque mulier habitu virili utatur, nec vir stola muliebris. Caput 67. dist. 30. De his transformationibus ita ait D. Hieronymus epist. 8. Alia virili habitu veste mutata erubescunt esse quod nata sunt. Contra naturam, immo ultra naturam est, non exercere quod nata sit. Plura congerit Gentilis in libel. de actoribus fabul. cap. 4. §. 6. & clericos; aut monachos non debere vestes proprias abicere; aliasque deferre, probavi supra in cap. Deus: rectè tamen ajunt Patres in præsentem; nisi iusta causa timoris exegerit, habitum transformari, tunc contingit in specie textus in d. cap. Deus; Inde factum matris Achillis sapius laudatur, quæ cum vestit muliebribus; ut factum fugeret Troicum; commendarunt Ovidius lib. 1. de arte.

Turpe, nisi hoc matris precibus iribusset Achilles,

Veste virum longè dissimulatus erat.

Tertullianus de pallio, ibi: Feras in puero matris sollicitudinem. Statius 1. Achil. unde licitè, tam clerici, quam religiosi, ad Turcarum, similesque provincias profecti pro fide propaganda prædicatione; rectè possunt habitum proprium deferre, & in seculari incedere, ut hodie contingit in Anglia, & Hibernia, cum absque periculo vitæ ibi proprium habitum deferre nequeant.

(o) Fibulas. Fibula magis ad ornamenta quam ad vestes accedunt; l. 25. §. item fibula, ff. de auro & argent. Vincula enim magis sunt, quam gestamina. Plinius lib. 33. cap. 1. ibi: Fibulas, & alia muliebris cultus; fibula utique veteres vestes adstringebant, & subnectebant. Virgilius 1. Aneid.

Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Ovidius lib. 8. metamorph.

Rasitis huc summam mordebat fibula vestem.

De his fibulis Juvenal. satyr. 6.

Solvitur his magno comædi fibula;

Si gaudet cantu, nullius fibula durat.

Martialis lib. 7. epigr. 81.

Menophili penem tam grandis fibula vestis,

Ut sit comædis omnibus una satis.

Dum ludat mediæ populo spectante palastrâ,

Delapsa est misero fibula, verpus erat.

Quod epigramma doctè exponit Mercurialis, lib. 1. var. cap. 19. Unde dum in præsentem prohibetur clericis fibulas; & corrigias aut; vel argenti ornatum habentes deferre; habitus pomposus vix laicis opulentioribus relinquendus interdicitur; notavit P. Faber lib. 1. semestris cap. 16.

(p) Annulos. Immo annulos gestare magno in honore semper fuit, & tam virtus, quam faminis nota ingenuitatis l. etiam, & per tot. tit. Dig. de jur. auro annul. junctis supra congestis in cap. final. de servis non ordin. Et annulorum usum perantiquum esse liquet ex cap. 38. Genesis; ubi refertur Judam Patriarcham annulum gestasse; & cap. 41. vers. 42. refertur de Rege Egypti; Tuli annulum de manu sua; & deus in manus Joseph; & cap. 31. Numeror. 10. Esther, cap. 3. Ista; cap. 6. Daniel. & apud Lucam de filio prodigo cap. 17. legitur: Dixit pater ad servos suos, Cui profertè stulam primam, & induite illum; & date annulum in manus ejus. Sed inter Christianos fuisse Apostolorum ævo; qui gererent annulos in manu sua; probat insignis locus epistolæ S. Jacobi, cap. 2. vers. 2. ibi: Si introieris in conventum vestrum vir annulum aureum habens in veste candida, &c. notantur Saulay in Panoph. Epist. lib. 3. per tot. Elias Schedius de Dns German. cap. 7. fol. 273. est enim annul præcipuus finis ad signandas tam epistolæ, quam alias legitimæ scripturas; legitimus enim lib. 3. Regum; cap. 21. ab Jezabel literas scriptas, & obliatas annulo ejus fuisse. Sic Esther 8. pia illa Regina, cum salutaria edicta pro populo suo duci per provincias à Rege Assuero postulasset: Scribite; inquit Rex; Judæi sicut vobis placet; Regis nomine signantes literas annulo meo. Hæc enim consuetudo erat; ut epistolis; quæ ex Regis nomine mittebantur; & illius annulo signate erant; nemo auderet contradicere. Non longè ab hoc alludit more quod proditum memoriæ reperitur Daniel. 6. Allatque est lapis unius; & positus est super os læci; quem signavit Rex annulo suo; & annulis optimarum suorum, ne quid fieret contra Danielelem. Cui fore æquiores, ac benigniores leones; quam homines sperabat. Iterumque cap. 14. Rex claudeserunt ostium; & signantes annulo Regis, abierunt. Signatorium hujusmodi annulum mortuus Rex Antiochus fidei Philippo tradidit.



lib. i. Machab. cap. 6. In novo etiam Testamento vestigiū extat hujus moris, cap. 27. *Matthai*, ubi Phariſei accepta à Pilato licentiā, munierunt Christi sepulchrum, signantes lapidem. Et apud Romanos, alāsque nationes annulos deferri, præcipue ad signandum, probavi in cap. 6. de fide instrum. cap. illud, de præſumpt. quā ratione negat Paulus annulum inter ornamenta contineri, l. signatorius 74 ff. de verb. signif. l. argu-mento ff. de auro & argent. Plura de annulis con- gesserunt Kocher in face hist. cont. 2. cap. 12. & 97. Henricus K. dſechius de iure auri. annuli. Igitur nulla est ratio prohibendi clericis annulos de- ferri. Sed respondendum est, in præſenti pro- hiberi clericis deferre annulos, quia vita clericalis gravitas, atque modestia cunctos ornatus ex- ternos huiusmodi reſpuit. Unde cum jam tem- poribus Innocentii III. non ad signandum; sed ad ornatum annuli deferrentur, idco inter alios corporis ornatus, & externos in præſenti dāmnatos, etiam annulorum gestationem in clericis Pa- tres improbarunt.

(q) *Quibus competit ex officio.* ¶ Ut Episcopis Concl. Tolet. 4. can. 27. ibi: Si Episcopus est, oratorum annulum, & baculum coram altari de mani- bus Episcoporum recipiat. D. Ildorus Hispanensis lib. 1. de Eccl. offic. cap. 5. Datur annulus propter ſeruum Pontificaliū honoris, vel ſignaculum ſecreto- rum: nam multa ſunt, que carnalium minusque intelligentium ſenſibus occultantur ſacerdotibus, quiſi ſub ſignaculo abſcondunt, ne indignis quibusque ſacra- menta Dei aperiantur. Author Ordinis Ro- manii, ubi de Episcopi conſecratione agit, ut, quando datur annulus, ibi: Accipe annulum discre- tionis, & honoris, fidei ſignum, ut que ſignanda ſunt, ſignes; & que aperienda ſunt, prædas. Inno- centius noſter lib. 1. myſter. Miſſæ, cap. 10. ibi: Novem autem ſunt ornamenta Pontificum ſpecialia: videlicet Caligæ, Sandaliæ, Succinctorium, Tunica, Dalmaſica, Mitra, Chirotheca, Annulus, & Ba- culus. Rationes huius delationis annuli in Episcopo reddiderunt Rupertus Abbas lib. 1. de div. offic. cap. 25. ibi: Latius autem ſignificatio prædicti extenditur annuli, qui dum omni Eccleſiæ ſanctam doctrinam, & fidem integram prædicat, ve- lit oppugnatam annulo ſponſam Chriſto ſubarrhat. Innoc. PP. III. lib. 1. myſter. Miſſæ, cap. 6. An- nulus eſt fidei ſacramentum, in quo Chriſtus ſpon- ſam ſanctam Eccleſiam ſubarrhat, ut ipſa de ſe dicere valeat: Annulo ſuo ſubarrhavit me Dominus meus, id eſt, Chriſtus, cuius cuſtodes, & pedagogi ſunt Episcopi; & Prælati, annulum pro ſigno ſerentes in teſtimonio. Quas latè illuſtrant Saulay in Paſepl. Episc. lib. 5. ex cap. 1. Vicecom- tes de ritibus Miſſæ, volum. 4. lib. 3. cap. 38. ubi de materia; & forma ipſius annuli, ejuſque myſticis rationibus latè agunt. Abbatibus etiam, quibus juſ Pontificalium conceſſum eſt; licet annulos deferre: quod tamen non admittebat D. Bernardus, ut ipſe teſtatur in episc. ad Hen- ricum Senonenſem Archiepiſcopum; ibi: Verum apèrè indicant quidam horum, quid cogitent, dum multo labore, ac præſidio Apoſtolicis adeptis prævule- gis per ipſa ſibi evadant inſignia Pontificalia, utentia & ipſi more Pontificaliū mitræ, annulo, atque ſandalis. Sanè ſi attendatur rerum dignitas, hanè monachi abhorret profeſſio; ſi miſterium, ſois li- que congruere Pontificalibus. Et ibidem paulò ante: Quid hoc eſt præſumptivus, o monachi; neque enim quia Prælati monachi; ideo non monachi; nempe

monachum facit profeſſio, Prælatum neceſſitas; nec autem non præjudicat, neceſſitas profeſſioni accedat; non ſuccedat prælatio monachatus.

(r) *Habuum monachalem.* ¶ Quem geſtare Epia- ſcopus religioſus tenetur ſub pœna peccati læthaliſ, ut ex cæremionali Clementis VIII. probant plures congeſti à Barboſa de poteſt. Episc. p. 1. tit. 1. cap. 14. Solà in Episc. Relig. num. 39. quod & ante Innocentium III. obtinuerat, ut referunt Sulpitius Severus de vita Martini: Jam verò ſumpto Episcopatu, qualem ſe, quantumque præſtiterit, non eſt noſtra facultas evolvere. Idem enim conſtantiffime perfeverabat, qui prius fuerat. Eadem in corde ejus humilitas, eadem in viſita ejus vilitas erat: aique ita plenus auctoritatis, & gratia implebat Episcopi dignitatem; ut non tamen propoſitum monachi, virtutemque deſereret. Fer- randus in vita ſancti Fulgentii, cap. 18. Nec ita fa- ctus eſt Episcopus, ut eſſe deſideret monachus: ſed accepta Pontificis dignitate, profeſſionis præterita ſervavit integritatem; ſervata verò profeſſionis in- tegratas, plus ornavit Pontificis dignitatem. Petrus Abailardus S. Bernardi cœtaneus; & æmulus, ſerm. de S. Joanne Baptiſta: Cum venerit, inquit) ut quiſpiam ex Monachis ad Episcopatum aſſuma- tur, nequaquam ita, qui Episcopus factus eſt, & c. habuum religionis mutat. Huc illud ſpectat Sido- nii ad Fauſtum Regienſem Episcopum ex Abba- te Litinenſi lib. 3. episc. 9. Nihil ab Abbate muta- tus per ſacerdotem; quippe cum nova dignitatis obtentu rigorem veteris diſciplinæ non relaxaverit. Id ipſum piè laudat in B. Eulebio Vercellenſi D. Ambroſius episc. 82. Hinc capit. Caroli Magni lib. 1. cap. 27. Monachus ſi ad clericatum prove- hat, propoſitum monachi a profeſſionis non amittat. Vide Petrum Cluniac. lib. 5. episc. 27. Qui mos etiam nunc in Eccleſia perdurat, & præ- bat in Concilio Aquisgran. ſub Carolo, cap. 27.

(s) *Pallii diſſibulatis.* ¶ Omniſis variis pallii acceptionibus, quas congerunt Pamelus, Zerda, & Ambianus ad Tertull. de pallio, Vicecomes vo- lum. 4. lib. 4. de ritibus Miſſæ, ex cap. 1. & nos in cap. 1. de auctor. & uſu pal. pallium accipitur pro veste vulgari, tam apud Hebræos, & Gentiles, quam Catholicos uſitata: De pallio Judaico ex- præſſum extat Scripturæ monumentum; Nu- mer. 15. verſ. 38. Loquere, ait Dominus, ad filios Iſraël, & dices ad eos, ut faciant ſibi ſimbras per angulos palliorum, ponentes in his vittas hyacin- thinas, quas cum videint, recorderentur manda- torum Domini. Geſtaſſe Chriſtum ejuſmodi pal- lium cum ſimbris, patet ex hoc ſancti Lucæ teſtimonio: Miſter acceſſit retrò, & tetigit ſim- bram veſtimenti ejus; & conſeſſit ſtrem fluxio ejus ſanguinis; & cap. 8. verſ. 44. à Samaritana cognitum fuiſſe Dominum ex habitu, videlicet ſimbris illis ex pallii inferiori ora dependentibus. D. Chry- ſoſtomus homil. 30. in Joann. Epiphanius hæreſ. 15. De pallio vulgari; quod primum Græcorum geſtamen erat; agit Tertull. integrò libro de pallio; & de pallio Chriſtianorum plura congeſſit Ba- ronianus anno 57. Hoc pallium vulgare jubent Pa- tres Concl. Lateran. in præſenti ut non defe- rant clerici diſſibulatum ex nimio ornatu; & luxu, juxta morem laicorum; ſed cum honeſta- te & modestia poſt collum; vel ante pectus hinc inde connexum deferant, ne veſtes eorum in- teriores, eademque ſtrictiores in publico ho- miquam pateant conſpectui. Circa pallii ulum accipe



accipe lector ex factis canonibus clericis nonnullas praescriptas leges Synodi Sueffioensis ante annos 900. celebratae, can. 3. est: Ne clerici habitum laicorum portent, id est, sagis, aut brevibus pallis non utantur. Parisiensis sub Odone: Cappas laticas, & vestes inordinatas non deferant; sine congruo amictu non procedant, scilicet cappa, vel pallio; cap. 8. artic. 13. Eboracensi, sub Caelestino III. decret. 6. Statuimus, ut clerici, qui ab Episcopo coronam susceperunt, habeant & tonsuram, &c. non in capiti manicas incedant, sed in vestibus suo ordini congruis, ut sicut ceteris dignitate praeminent, sic plenius & formam, & exemplum exhibeant honestatis. Londinensis sub Gregorio IX. Formiter statuimus praecipiendo, &c. ut in mensura decenti vestes habeant, gerentes in omnibus habitum honestatis. Ravennat. 3. rubric. 10. Statuimus, & mandamus pro honestate habitus clericalis, ut vestimenta sint eorum talaria, &c. Ravennatensis 4. sub Joanne XXI. cap. 6. Tabardos (genus pallii est) seu cappas deferant suo ordini congruentem. Toletani Concilii eodem fere tempore habiti, cap. 2. Statuimus, quod nullus clericus super tunicam, vel tabardum usque longum deferat, quod est ad pedes contingat, nullatenus tamen per terram trahatur, cum hoc non honestas, sed superfluitas, & indecencia censetur. Clericus vero, qui contrafecerit, super tunicam ipsum, seu tabardum ipso facto amittat. Caveant clerici ne ferant mantellos, seu oblamydes cum cordis, &c. nimis breves. Concilii Palentini anno 1388. rubric. 3. Vestem superiorem non virgatam (seu variegatam) aut tibi partiam. Martini V. in Concilio Constantiensis, sess. 43. Decretum promulgatum est, quo clericus excoeratur, qui spretus in vestibus forma ecclesiastica honestatis, delectantur esse deformes, dum cupiunt laicis conformari, tam in formis, quam coloribus vestium. Concilii Basiliensis mandatum est ad clericos: Ut quilibet incedant pudici oculis, cum modestia & gravitate; vestimenta utantur, prout sacri Canonis statuerunt; abstineant a coloribus splendidis, &c. Vestimenta deferant talaria. Leo X. in Bulla reformationis Curiae, in Concilio Laterano, promulgata: Vestes, inquit, colorum gestent, qui clericis a jure non prohibentur, usque ad talos saltem demissas, &c. Sevonefle Concilium anno 1528. habitum, ut. 24. Vestes eorum sint talares, non fronsiatae, aut partitae, nec nimis amplitudine superfluae, nec plus a quo constructae, in quibus clericali honestas, & modestia, non fastus, & iactantia, vel elationis vitium deprehendatur. Sacrosanctum Concilium Tridentinum sess. 14. Gravi correctio ne perstringit clericos, qui vestes publice laicales deferre non verentur, pedes in diversi ponentes, unum in dextris, alterum in carnalibus; hosque poenis canonicis praecipit coeerceri, juxta latam a Clemente V. in Concilio Viennensi sanctionem, qua incipit, Quoniam innovando, Concil. Mediolan. 1. tit. de clericorum habitu, art. 14. Toga, aut quod mantellum vocant, aut aequetur cum tunica longitudine, aut nemini permutatur, &c. Interior ejusdem generis ad talos demittatur. Et artic. 16. Pallium, quod ferratolum appellant, non ferant, nisi per pluvias, &c. Neque eos sine talari toga, aut tunica utantur. Concil. Narbon. coactum anno 1551. Decenti, inquit, indumento, nempe talari veste incedant ornati, nisi forte urgentia negotia curaturi, gradum accelerent; tunc enim saltem ad genua demissam aquam esse eos deferre: praeterea quae in ru-

gas contracta non sit, neque serico, neque bombycino limbo, vel assuto, &c. Concilium Rhemense anno 1583. habitum, sub syntagmate de Clericis in genere, sect. 3. Praeterea, ait, veste ecclesiastica, eaque talari, ac decenti utantur omnes clerici, nec sine illa pallium, &c. Aqueense actum anno 1585. ubi de vita & honeste Cleric. Vestem exteriorem quidem talarem (id est, pallium oblongum) interiorem autem (scilicet tunicam) saltem usque ad tibia medium: quae talares in civitate utraque esse debeat; in itinere vero breviorum permittimus, sed ne omnino supra genua vetamus.

## COMMENTARIUM.

EX hac Concilii Laterani constitutione sequens 16. Communiter deducitur assertio: Clerici a Concilio vestibus fluxis & pompositis, habitu inhonesto & inordinato, & imo ornati debent se abstinere. Probat eam textus in cap. clericus 8. 41. dist. cap. clericus 22. 23. dist. cap. parsimoniam 5. 41. dist. cap. quicumque 6. 23. 9. 8. cap. 1. & sequenti 21. 9. 4. cap. non liceat 32. dist. Clement. 2. de vita & honeste Cleric. Concilium Matiticon. 1. can. 15. Synodus 6. can. 27. ibi: Nullus eorum, qui in clerici catalogum relati sunt, vestem sibi non convenientem induat, nec in civitate degens, neque iter aggrediens, sed utatur vestibus, quae huic, qui in clerum relati sunt, attributa fuerit; si quis autem tale quid fecerit, una septimana segregetur. Synodus 7. can. 16. ibi: Omnia iactantia & ornatus corporis est a sacerdotis ordine & statuali tenent. Episcopos ergo, vel clericos, qui se splendidis, & insignibus vestibus exornant, se corrigere oportet; sui autem permancant, supplicio tradit. Eugenius III. in Concilio Rhemenfi can. 2. Praecipimus, ut tam Episcopi, quam clericos, neque superfluitate, seu inhonestae varietate colorum, aut scissura vestium, ne in tonsura, intuentium, quorum forma, & exemplum esse debent, offendant aspectum; sed potius in suis actibus errata condemnent, & amorem innocentiae conversatione demonstrent, sicut dignitas exigit ordinis clericali: quod si moniti ab Episcopis suis infra quadraginta dies non obtine pervererint, ecclesiasticis beneficiis eorundem Pontificum auctoritate priventur, &c. Nannet. can. 1. Nullus clericorum vestimenta purpurea manat, quae ad iactantiam pertinent mundaniam; non ad religiosam dignitatem: ut sicut est devotio in mente, ita ostendatur in corpore. Matiticon. can. 5. Nullus clericus sagum, aut vestimenta, aut calcamenta secularia, nisi quod religionem deceat, induere presumat; quod si clericus, aut cum indecenti veste, aut cum armis inventus fuerit, a seniore ut coeercatur, ut triginta dierum inclusione acutus, aqua tantum, & modico pane diebus singulis sustentetur. Metense can. 3. Nemo clericorum arma portet, vel indumenta laicalia induat, id est, cotros, vel mantellos sine cappa non portet, & laici cappas non portent. Concilium Magunt. celebratum anno 1549. can. 74. ibi: Intendant Praelatos, ne hi quibus praest. torques aureos publice in Ecclesia, aut vestes varii coloris, veluti virgatas, & simbratas, aut discissas deferant, sed longis atque talaribus utantur. Triburienfi can. 27. Bracharense i. can. 11. D. Basilus homil. 24. (quae est de legendis libris Gentilium) Comarum, aut vestium extra necessitatem curam gerere, aut infelicium est, ut ait Diogenes, vel injustorum. Et D. Hieronymus epist. 2. ad Nepotianum, cap. 11. Vestes pulchrae



equè devota ac candida; ornatus, aut sordes pari modo fugienda sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redoleat, illustrat Barbosa lib. 1. jur. eccles. cap. 40. num. 28. & sequent. Petrus Gregorius lib. 4. parit. juris canonici, tit. 8. cap. 2. integri scilicet, Petrus Bollo in sua economia can. 1. clas. cap. 4. §. 4. Gonzales ad regul. 8. Cancell. glof. 15. num. 56. Cenedo de disciplin. cleric. §. 16. à num. 12. Serlogus in cantica tom. 3. vestig. 32. pag. 288. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 4. Acuna & Bellamera in dicto cap. non licet 32. 13. disp. Chopinus lib. 13. de sacra polit. tom. 2. num. 4. Pancirola lib. 1. thesaur. var. cap. 21. Covar. pract. 99. cap. 31. num. 7. Vivat. de veteri mon. lib. 2. cap. 11. §. 3. num. 39. Garcia in summa traç. 1. diffinit. 2. dub. 1. penult. 1. Saulay p. 2. Panopli. cleric. lib. 1. peritum. Barbosa de potest. Episc. alleg. 96. Landmeter. lib. 1. de veteri cleric. p. 1. cap. 19. §. 21. P. Henao de sacris. Missæ tom. 2. disp. 27. sect. 4. num. 26. Petrus Barrientos in cap. prohibito, num. 17. 23. disp. Fabrotus, Boëtius Epon, & Cajacius in presenti. Buleus. de statibus hominum, verbo Clericorum, Acuna in princ. 41. disp. Savarus ad Sidon. lib. 4. epist. 24. verbo Habitus, Scortia lib. 2. de sacris. Missæ, cap. 8. Ronf. sel. lib. 8. hist. Pontif. jurisd. cap. final. Florens & Altessera hic.

Sed hæc assertio difficilis redditur sequenti consideratione; nam convenit clericorum honestati, ut dignitatem ordinis sui tueantur, quæ quodammodo veste augetur. Quintilianus lib. 8. in præm. Cultus concessus, atque magnificus addit hominibus, ut arce versus restatum est, auctoritatem. Unde Tertullianus lib. de pallio, iudices, custodesque dignitatis habitus vocat; & Plinius 2. ait: Licet recte non augeretur dignitas, ornatur tamen, & instruitur. Itaque narrat Sulpitius Severus de vita Sancti Martini, ex Episcopis ad deligendum Antistitem evocatis quosdam in Martinum non consensisse, dicentes scilicet, contempibilem esse personam, indignum esse Episcopatu hominem victu despiciabilem, veste sordidum, crine deformem. Adem scribit Paulinus 2. de vita sancti Martini. Quod licet ad vestis monasticæ, & capillorum sorditum ex incuria contrahi solitam pertineat, non nihil tamen juvat ad cultum commendandum. Accedit, nam petritum proverbium est, ex Græcis corrivatum fontibus: Habitus non facit monachum, & Plutarchus ait. Philosophum non facit prolixior barba, nec vestis petrita. Eleganter D. Hieronymus in epist. ad Oceanum, relatus in Concilio Aquisgran. can. 58. ibi: Non vestis tenera clericum facit, aut sacerdotem, sed casta mentis intentio. Igitur si bonus est clericus, parum interest sordidas, an splendidas deferat vestes. Facit exemplum Divi Basilii, quem teste Amphilocho in ejus vita, propter vestium in ade facta splendorem, comitantiumque turbam, vel stipantium carevam, piissimus atque sanctissimus alioquin eremi cultor Ephrem vix persuadere sibi poterat. initio, cum hominem sic incendem videret, sanctitatis esse tantæ, quantæ perhibebatur, donec accedentibus miraculis, linguam legentis Basilii (cujus visendi, salutandique causâ venerat è valde longinquo) relucemem vidisset instar ignis, præ fervore nimium spiritus, ac admirabili mentis in Deum erectione; semetipsumque quantumlibet ignotum alioquin, à Basilio per proprii nominis expressio- nem accessit, & ad chorum invitari experire-

tur: erat enim in angulo templi ultimo. Quibus visis Ephrem vir ipse sanctissimus obstupuit, atque Basilium vere sanctum esse apud interpretem, eundemque socium suum, prolixè protestatus est; impetrato simul, & quidem extempore per miraculum planè stupendum idiomatis Græci (cujus ad illud usque tempus fuerat profus ignarus, ut ratione Syrus) intellectu plenissimo: locum facientibus hiisce duobus viris Apostolicis dicto huic Evangelico: *Linguis loquentur novæ. Marci cap. ult.*

Quæ dubitandi ratione non obstante veta est præiens decisio, in qua variæ vestes, quæ laicis permittuntur, in clericis improbantur, ut status, & dignitatis discrimen dignoscatur; id quippe inter plures gentes frequentissimum reperio. Evolve in hoc, si lubet, Romanorum annalia, ubi id fuisse maxima olim curâ, inviolabilique lege cautum habebis, ut omnes pro personæ, & officii dignitate, statuque, quem gerunt, modò hac, modò illa inducerentur veste; sic prætextam togam quisque honoratus, & nobilis habebat, quam pueri patricii aliquando purpuream inducunt; libertinis autem & peregrinis eâ veste uti nequaquam licuit; erat enim purpura pro majestate, maximeque Patritium ordinem à plebe dividebat. Ex quo fluxisse videtur, ut facile colligere poterit criticus in l. 2. C. de vest. holib. lib. 11. ibi: *Nisi hi tantummodo, quibus hoc propriè imperiale ministerium concessum est, ut plebeji purpura indui non poterint, sed penula uterentur, veste in modum civili, eo quod esset frigidioribus apta.* Sic Horatius epist. 12. ibi.

*Incolami Rhodos, Myzlene pulchra facis,  
quod  
Penula sossitio campestre nivalibus aëris  
Per brumam Tyberis foxuli mense canimus.*

Penulâ verò Imperatores tui non decebat: hinc etiam prætextam togam Adiles, Quæstores, & qui Magistratum gerebant, & honores, veluti honoris ornamentum inigne induete soliti erant. Ita Tullius in oratione post reditum: *Ille, inquit, unguentis eblium cum toga prætexta, quam omnes Prætores, Adilesque tum abjecerant, terris squalorem vestrum, & luctum gravissima civitatis.* Inter Patricios autem, & Senatores tunica latiore purpura efficiebat discrimen, quæ laticlavus ideo appellabatur, quod in ea aureus clavus affigeretur, ut Patritium ordinem à Senatoribus decerneret. Sic Martial. epigr. 17. in Gelliam lib. 5.

*Dum te posse negas, nisi lato Gellia clavo  
Nubere: nupsit te, Gellia, cistifero.*

Manstique diu constitutum Romæ, ut servi ingenuorum veste non uterentur, ut nec annulo aureo liberti usque ad decisionem. Authent. ut liberti de cetero aureo non indigeant annulo. Hinc nec colobias, nec calceos habebant, quæ liberis permittentur. Apud Medos autem, Persas, Armenos, ac Lydios Reges, in signum majestatis purpurea quadrangulati veste amiciebantur; sic apud Historiographos invenio, Quintum Curtium lib. 3. Strabonem lib. 15. Herodotum lib. 7. Ergo si tot gentium moribus vestis ad differentiam personæ, & dignitatis diversa est, & aliter Principes, aliter Patricii, aliter Plebeji, ut latius illustrent Pancirola lib. 1. var. cap. 21. Petrus Gregorius, & Chopinus supra relati; ita etiam

18.  
De ditiore  
habitu.



eniam clerici diversis vestibus ac laici uti debent.

19. Traditur ratio accipiendi.

Cum ergo laicalium vestium lux, & cultus superbus utque adeo insanos jam inde conpurcavisset clericos, ut nec fulgidioribus, nec floridis amicibus parcerent, utpote undulatis, paritatis, variegatis, purpureis, viridioribus, segmentatis, & holofeicis (de quibus & specialiter agere supercedo) immo in dies insaniores fastus pompas advenirent, quorum inaniam & abulum plures sancti Patres detestavere, & pra aulis D. Hieronymus ad Eustochium de custodia virginum, his verbis: Sunt quidam mei ordinis, quibus omnis cura est in vestibus, si bene eleant, si pes in xra pelle non polleat. crines calamsit vestigio vorantur, digiti auribus radiant. & ne planas humidor via spargat, vix imprimunt vestigia summa: tales cum videris, sponso magis exstimato, quam clericos. Et D. Bernardus lib. 3. de consideratione, ad Eugenium: Quid sibi vult (inquit) quod clericus aliud esse, aliud videri voluit? id quidem insolitum, minusque sincerum, neque habitum militis, quasi clericos, alii neutrum exhibent: nam nec ut milites pugnant, nec ut clericus evangelizant. Cuius ordinis sunt, cum utriusque esse cupiunt? utrumque deserunt, utrumque confundunt. Quisquisque, inquit D. Paulus 1. ad Corinth. cap. 15. in suo ordine resurget, isti in quo? An qui sine ordine peccaverunt, non sine ordine peribunt? Plures Ecclesiae leges, & sanctorum Patrum testimonia contra abulata vestium splendida in clericis congestit Saulay in Panopli. clerici. lib. 1. per totum. Recte ergo & juxta antiquam Ecclesiae disciplinam Patres in presenti omnem luxum, & superbum ornatum in clericis improbarunt, & damnarunt.

10. Dissolvitur habitandi ratio.

Nec obstant auctoritates supra adductae; nam illae accipiendae sunt, ut in vultu sit aliquis citra reprehensionem nitore, & ut Clerici non sint superfluo ornatu, neque communem habitum transgrediantur, id est, cultus in clericis intra mediocritatem commendatur. Concilium Trident. sess. 22. cap. 1. de sess. 24. de reform. cap. 12. Hoc etiam Julianus Apostata à suis observari praecepit in synagoga supra citato, his verbis: Illud vero decere sacerdotes arbitror, ut quando intra templi septa sacra operantur, ornatissimam vestem habeant; extra templum communi, neque sumptuosa munus utantur; non enim rationi convenit, ut illis, quae ad honorem Deorum vobis concessa sunt, ad tuam ambitionem, & gloriam abutamur. Quamobrem ab exquisitorum in foro veste, tum fistu, arrogantique prorsus abstinendum. Quod & diligenter Romani observarunt. Scribit enim Livius lib. 9. cap. 44. Posthumiam virginem Vestalem de incestu causam dixisse ob suspicionem propter cultum amentiore, quam virginem deceret. Et lib. 8. Muniam Vestalem suspectam, primo propter mundiciorem iusto cultum insulam, vivam sub terra defossam. Nec obstat augmentum difficultatis; nam sacri canones non solum praescribunt clericis abstinentiam à vitis, & praecipunt honestatem, modestiam, & ceteras virtutes sectari, verum ut habitu tales esse se demonstrent, ut dicitur in dicto cap. clericus, 41. dist. Clericus professionem suam, & habitum, & incestu probet, & nec in vestibus, nec in intemantis decorem querat. Operat enim Ecclesia in specialem professionis suae notam, & altoris ministerii, ad quod initiati

sunt, habitum & tonsuram praesferant. Nec exemplum D. Basilii contrarium suadet; nam licet Sanctus splendidis vestibus factis intra Ecclesiam uteretur, tamen extra templum unice tantum tunicam contentus erat, ut Ecclesia in eius elogio, die 25. Junii testatur: immo & oratum vestium extra templum maxime improbatum, modestiam in eis sapius commendando, ut patet ex ipsius regula cap. 22. ibi: Si in custodiendum est nobis, ut omnium infimi sumus; & quod in genere indumentorum infimum est, sed summo pere nobis est amplectendum: ut enim gloria capidi gloriam, & inanitatem ex vestrum cibus, & splendore accipiantur; sic videlicet humilitas, & pia vita studiosi ex vestimentis quoque simplicitate debent venerari humilitatem, & eam consecrari.

Sed praesenti assertioni obstat difficilis textus in can. 29. Concil. Brachar. 1. celebrati sub Joanne Xiii illis verbis: Item placuit, ut lectores in Ecclesia ordinati in habitu seculari non psallant, neque gradus gentili ritu dimittant. Quae verba ad veteris lupi tradita expendo. In eo canone prohibentur lectores in Ecclesia psallere in habitu, & veste secularibus. Ergo fors extra Ecclesiam licet illis cum habitu incedere seculari. Nec argumentum hoc, utpote à contratio sensu deductum, minus roboris habet, quia animadvertendum est, praedictum canonem prohibitionem praefere, & correctionem. Prohibitionis autem lex non extenditur ultra casus illos, ad quos correctio & prohibitio spectat: nam cum prohibita non inveniuntur per legem, permitta censentur, cap. omnia 4. & ibi Glossa 3. d. cap. verbo Non inveniuntur, detransiat. Episc. cap. nuper 29. cap. cum illorum 32. de sent. excom. cum vulgatis. Audiamus ergo jam verba Concilii Bracharensis, ut in eorum animadvertionem facilius perveniamus: Item placuit (ajunt Patres) ut lectores in Ecclesia ordinati in habitu seculari non psallant, neque gradus gentili ritu dimittant. Ergo non recte in praesenti generaliter prohibetur clericis vestes seculares deferre. Pro cuius canonis solutione, omittis quae pro explicatione illius verbi gradus, conghes in can. 87. Concil. III. her. sciendum est, lectoris nomen latissime patere; & licet sub hac voce Subdiaconi veniant, ut constat ex eodem Concilio Bracharensi can. 20. in actis tamen ecclesiasticis lectorum nomine frequenter comprehendi, eosque venire, qui tonsuram tantum, aut aliquo minorum ordine erant initiati; ut constat ex epistola 92. Leonis Papae ad Rusticum Episcopum Narbonensem; ibi: Qui cum essent iusti, suos lectores, uxores ducere poterant. In eundem sensum est Concilium Carthagenense 3. can. 15. relatum in cap. lectores 8. 32. dist. & apertissimum Martyrologii Romani testimonium die 13. mensis Julii, ubi habetur: Quod in Africa sanctorum Confessorum Eugenii Carthagenensis Episcopi, fide, ac virtutibus gloriosi, & universi cleri eiusdem Ecclesiae, qui fere quingenti, vel eo amplius in persecutione sub Henrico Rege Arriano cede, in eademque inactanti (inter quos plurimi lectores in sacula) gaudentes in Domino prope exilio eadem die cruciati exierunt. Lectores infantulos expulso exilio fuisse ait Martyrologium: Ergo lectoris munus aliquem majorem ordinem non exigebat, sed quod ad canendos ecclesiasticos modulos essent instructi pueri; vetus enim mos fuit, ut doceret Baroniis

21. Exponitur can. 29. Concil. Brachar.

22. Martini...



ex Victore Uicensi in notis ad prædictam Martyrologii locum, littera H. & in præfens urget usus, ut pueri vocis elegantia ad canendas res Ecclesiasticas musicis modulis imbuerentur, ut expressè ex dicto testimonio constat, & ex Venantio Fortunato lib. 2. ad Clerum Parisiacum.

Hinc puer assiduè attemperat organa canentis,  
Inde sensu largam ructat ab ore tubam.  
Disparibus iropulis fistula dulces sonat.

Expressius in prædictam expositionem infantum lectorum, idem Venantius in fine:

Pontificis monitis clerus, plebs psallit, & infans.

Cui expositioni bellissimè accedit, ut extra aleam, sub voce *lectores*, intelligamus comprehendi cantores, seu psalmistas pueros, quos infantulos Martyrologium Romanum appellat. Quibus animadvertis perspicuè elucidatur difficultas supra adducta, si lectores in eo textu accipiamus pro cantoribus, non autem pro clericis gradu sacro decoratis, lectores enim licet veste propria in Ecclesia psallere debeant, extra eam tamen habitu seculari incedere non prohibentur, ut hodie faciunt pueri, qui in Ecclesiis Cathedralibus psallunt; nec solutioni huic adversantur verba illa, *lectores ordinati*, tanquam si illis comprehendantur non inferioris gradus, sed superioris ordinis clerici, utpote Subdiaconi; quia etsi tantum tonsentur ordinati in majori gradu, tamen etiam inferiores ordinati vocari possunt, quia ordinem constituunt, seu gradum in Ecclesiastica hierarchia, ut in cap. *cleros* 21. dist. cap. *per lectu* 25. dist. cap. *cum contingat* 11. de arato. & qualis. Huiusmodi lectores, ut ord nati nominantur à Cætare q. 3. *procurator*, de Eccles. hierarch. num. 7. Quapropter etsi lectoribus in hoc sensu non prohibeatur laicalium usus vestium extra Ecclesiam in dicto can. 29. *Concil. Brachar.* non ex eo dicendum est idem de clericis majori in gradu constitutis, qui non solum intra Ecclesiam, verum nec extra laicali veste incedere debent.

Deinde advertatur textus in cap. *si quis viro-* rum 15. 30. dist. ubi à Patribus Concilii Gangrensis celebrati circa annum 324. anathema decernitur adversus illos, qui putaverint proposito sancto, seu continentia convenire uti pallio potius, quam alio vestimenti genere, & reprehendendos esse, qui byrthis, aliave communi uterentur veste. Audiamus nunc Concilii contextum: *Si quis virorum putaverit sancto proposito (id est, continentia) convenire, ut pallio utatur, tanquam ex eo iustitiam habiturus, & reprehendat, vel iudicet alios, qui cum reverentia byrthi utuntur, & alia veste communi, que in usu est, anathema sit.* Ex quibus canonis verbis manifestè deducitur, non debere esse discretos habitus, immò reprehendendos eos esse, qui habitus differentia profiteri crediderint continentiam. Ergo clericos non dedecet vestibus uti communibus, seu laicalibus, qui passim scilicet & vulgò in usu sunt. Probatur consequentia, quia sanctum propositum, de quo in dicto canone Concilii Gangrensis, seu continentia professio, propriè clericos respicit. Probat mihi Concilium 7. Carthag. can. 11. *relatum in cap. lectores* & 32. *distinct.* ubi: *Aut continentiam profiteri.* Et Leo Pontifex *epist.* 92. ad Rusticum

Narbonensem, ibi: *Legem continentia eandem esse ministris altaris cum cæteris.* Patrum, Conciliorumque decretis etiam probatur, quæ de colatu clericorum loquuntur, quorum numerus innumerus est. Ex hac itaque comprobata consequentia manifestè colligitur, quod discretio habitus parum, nihilve refert ad statum continentia, seu clericalem designandum, & dignoscendum; immò reprehendendos esse, qui habitu, vestiumque cultu contineri continentiam affirmaverint clericalem, adversus quos anathema in prædicto canone fertur. Angetur difficultas ipsius canonis ex eo, quia non tantum clerici, verò & universi christiani tempore ipsius Concilii, ubi primò religioni, fideique christianæ nomen dabant, exuere consueverant togam, & pallium induere, unde in christianos profuxit, de toga ad pallium; cui discretio celebre nomen dedit liber, quæm de pallio Tertullianus scripsit, ut notantur ibi Pamelus, Rigalcius, & Ambianus, & tamen licet hoc certum sit, in dicto canone non condemnatur habitus indiscretio in clericis, quamvis pretiosioribus utantur vestibus, ut erant byrthi. Byrthus enim juxta Zonaram, & Balsamonem ibi, erat vestis terica; quibus favet Justinianus in tit. C. de vestibus holobervi, lib. 11. Igitur non rectè in præfenti textu vestes pretiosiores clericis prohibentur. Pro cuius canonis expositione primò præhbandum est, byrthos vulgò accipi non solum pro tegumento capitis, l. 1. C. Theodos. de habitu quo uti oporteat, ut probat Meursius, & Calvinus verbo *Byrthus*; verum etiam pro veste communi clericis, & laicis, cuius mentio fit à Cassiano lib. 1. instit. cap. 7. D. Clemente Alexand. lib. 2. *pedagog.* cap. 4. ubi: *Chlamys, que dicitur ephestu, aut byrthus, quia corpus complectitur.* Calo Rhodigino lib. 16. *antiq. lect.* cap. 10. ubi: *Byrthum Romanam fuisse vestem Græci scribunt.* Diacono lib. 4. *histor.* Longobard. cap. 6. ibi: *Longobardi super equos equitantes tributos byrthos mittebant.* Materiam laneam fuisse, formam autem in laicis vestem oblongam, in clericis verò fuisse parvam, quam hodie mucetam dicimus, & deferunt Canonici Regulares, latè probant Gazzus in notis ad Cassian. ubi proximo, Pennotus lib. 1. *hist. canonic. regul.* cap. 22. *per totum.* Lantdmeter. de veteri cleric. cap. 12. *cum seqq.* & vestem non preciosam fuisse, constat ex l. 2. C. Theodos. de vestibus holobervi, ubi: *Servos sancti omnium (quorum tamen Dominos sollicitudine constat nullius non teneri) aut byrthi uti permittimus, aut cucullis.* Ex Ausonio & Juvenali probat Pennotus *dict.* cap. 22. Sciendum etiam est Hæreticos Eustathianos, monachos palliatis fuisse, qui usque ad Eustathio factore, suo monachismo favebant, ut cæteros Christianos odio haberent; spernerentque prætextu quodam inordinato sanctitatis, reliquos monachos byrthia, vestibusque vilioribus utentes damnantes; in quorum insanam sectam Synodus Gangrensis anathema dixit, quod irriderent monachos alios byrthi, aut veste breviori, quam pallio, utentes refert Baronius anno 197. num. 8. & anno 261. num. 41. Quibus observatis facile constat, in prædicto canone non agi de clericis vestes pretiosiores deferentibus, sed potius de monachis viliori veste utentibus; neque in eo textu damnari habitus discretionem, sed tantum errorem eorum, qui existimabant, sanctitati



sanctitati & continentia tantum convenire pal-  
 lium deferri in contemptum aliorum, qui veste  
 viliori utebantur: docuit Gazzus ad Cajanum  
 dist. lib. 1. cap. 6.

## CAPVT VLTIMVM.

Ambian. (a) Episcopo.

EX litteris nobilis viri Pontini, & (b) Monstrolien. Comitis intelleximus, quod  
 quidam solo nomine clerici terræ suæ, (c) uxorati, (d) usurarii, (e) & tabernarii,  
 ecclesiasticis, quibus carere debent beneficiis, non contenti, potius illicitis sæcula-  
 ribus (f) negotiationibus, & curis domesticis, quam officiis, & obsequiis Ecclesia-  
 rum intendunt: & gaudere volentes privilegio clericali, nolunt statutis (g) patriæ,  
 quibus, quotiens expedit, sicut laici se tuerentur (h), etiam in negotiationum suarum  
 quæstibus subjacere. Unde quia magnum ex hoc scandalum inter laicos genera-  
 tur, nobis humiliter supplicavit, ut vel compelli hujusmodi clericos ad servendum  
 Ecclesiis, illicitis sæcularibus negotiationibus postpositis, mandarem, vel patere-  
 mur eos quoad facultates eorum statutis, & consuetudinibus patriæ subjacere. Cum  
 ergo supradicta in clericalis ordinis vituperium redundare noscantur, & clericorum  
 vita generare non debeat scandalum laicis, sed præstare honestatis exemplum, f. r.  
 mandamus, quatenus si est ita, cum loci diocesanus existas, clericos tales si tertio  
 (i) moniti à te Ecclesiis servire contempserint, hujusmodi negotiationibus præter-  
 missis, cum (k) facto hujusmodi privilegium abjiciant clericale, quominus de suis  
 facultatibus, dum his se implicant, statutis, & consuetudinibus patriæ subjaceant  
 non defendas.

## NOTÆ.

(a) **Ambian.** ] Geraldo, vel Gerardo, seu E-  
 verardo instauratori majoris Ecclesiæ  
 Ambianensis, ut ex Claudio Roberto refert Ciro-  
 nius in præsentis. De Ambianensi Diocesi jam  
 nonnulla notavi in cap. 37. de rescriptis. Ejus et-  
 iam mentio fit in cap. Janæ, de regular. cap. porro,  
 de privi.

1. (b) **Pontini, & Monstrolien.** ] Ita legendum  
 esse, & non ut habetur in sexta collectione, jam  
 notavit Fabrotus, & Cujacius hic. Nobilis co-  
 mitatus Pontieu, & Monstrel, ita appellatus  
 à multitudine Pontium super lacus, & paludes,  
 est in Gallia, pro quo sæpe sapius decretatum  
 inter Francos & Anglos, refert Cironius in præ-  
 sentis.

(c) **Uxorati.** ] Hæc vox omissa est in sexta col-  
 lectione; extat tamen in quinta edita à Cironio,  
 ex qua transcripsi textum hunc. De clericis au-  
 tem uxoratis agemus infra in tit. 3.

(d) **Usurarii.** ] De quibus, & eorum pœnis a-  
 gemus in cap. 2. de usuris.

2. (e) **Tabernarii.** ] Non tabernas ingredientes, de  
 quibus egi in cap. antecedenti, & in cap. à cra-  
 pula; sed tabernas habentes ad vinum venden-  
 dum, quod clericis prohibitum est, cap. nulli  
 dist. 44. d. Clement. 1. hoc tit. ubi repetentes, &  
 congesti à Barbofa lare disputant, an clerici  
 per alios possint in taberna negotiationem exer-  
 cere.

3. (f) **Negotiationibus.** ] De quo conqueritur  
 Sulpitius Severus sacra hist. lib. 1. his verbis: Et-  
 enim præcepti hujus non solum immemores, sed et-  
 iam ignari mihi videntur, tanta hoc tempore animos  
 eorum habende cupido, veluti tabes incesti. Inhiant  
 possessionibus, prædia excolunt, auro incubant,  
 emunt, vendunt, quæstui per omnia student. An  
 quia negotiantium vita nihil aliud est, quam

fraus, atque perjurium? ut ait Salvianus 3. & 4.  
 de gubernas. Den. Author Imperfecti Operis in  
 Matthæum, sive ut nupero editori placet, Ioan-  
 nes Hierosolymitanus cap. 21. in Matthæum.  
 Qui emit, & vendit, sine mendacio, & perjurio  
 esse non potest; necesse est enim, ut è negotiatoribus  
 hic juret, quia non tantum valet res, quantum  
 comparat eam; & ille juret, quia plus valet res,  
 quam vendit. Sed & mercium venditio aliena  
 est à clericis, qui Deo magis operari debent,  
 quam mammonæ servire. D. Ambrosius 1. de  
 offic. cap. 35. Non te implices negotiis sæcularibus,  
 quoniam Deo militas; etenim si is, qui Imperatori  
 militat, à susceptione litium, actû negotiorum foren-  
 sium, venatione mercium prohibetur humanis la-  
 gibus, quanto magis qui fides exercet militiam, ab  
 omni usu negotiationis abstinere debeat? D. Augu-  
 stinus in quæstion. ex utroque Testamento, q. 127.  
 ibi: Negotiari aliquando licet, aliquando non li-  
 cet; antequam enim Ecclesiasticum quis sit, licet  
 et negotiari; factò jam non licet. Non quod distim-  
 lis res sit, sed is qui facit, ut ait idem vir sanctus  
 epist. 5. Elfricus in canonibus ad Volsinum Episco-  
 pum, num. 30. ibi: Presbyter nec sic mercator, nec  
 mercatura cupidus. Illud tamen notandum est,  
 in præsentis agi de inhonestis commerciis; est  
 enim quedam mercatura honestatis conscia, l. 2.  
 C. de Episc. & Cleric. ex qua si quid clerici ac-  
 quirit, id in usum pauperum, atque egen-  
 tum largiri debere constituitur in eadem lege,  
 nisi forte clerici victum artificio sibi querant,  
 ut veteres canones præcipiunt. Luculentum  
 exemplar extat apud Gregorium Turonensem  
 de vita Patrum cap. 8. sic enim de sancto Nice-  
 tio Episcopo Lugdunensi scribit: Defuncto au-  
 tem Patre hic cum genitrice jam clericus in domo  
 paterna residens, cum reliquis famulis manu pro-  
 pria laborabat. Et mox: Erant quoque tricenaria  
 presbyteris honore præmissis, nequaquam se à  
 labore



labore operis quod prius gessit, abstinebat, sed semper manibus propriis operabatur cum famulis; ut Christiani in primis christianæ fidei cunabulis, arte, & opera victum sibi parabant, quos ideo Juvenalis, ut quidam putant, cerdones vocat *l. i. p. 4.*

Postquam cerdonibus esse timendum

Caperat.

De monachis passiva res est. Severus Sulpitius de vita S. Marini: Nemo tibi proprium quicquam habebat; omnia in medio conferebantur. Non emere, aut vendere, ut plerique monachis moris est, quicquam licebat; ars tibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur, cuiusamen minor atas deputabatur, maiores orationi vacabant. Et hi negotiatores sunt? Idem Joannes Hierosolymitanus in dicto cap. 21. Ego ostendam quis non est negotiator, ut qui secundum regulam istam non fuerint; intelligas omnes negotiatores esse: id est, quicumque rem comparat, non ut rem ipsam integram, & immutatam vendat; sed ut opus fiat ex ea, ille non est negotiator, quia qui materiam operandi sibi comparat, unde faciat opus, ille non rem ipsam vendit, sed magis artificium suum, id est, qui rem vendit, cuius estimatio non est in ea ipse re, sed in artificio operis, illa non est mercatio; ut puta faber comparat ferrum, & facit ferramentum; sed ferramentum illud non tantum habet ferri, quantum valet, sed secundum opus ferramenti appretiat. Qui autem comparat rem, ut illam ipsam integram, & immutatam vendendo lucratur, ille est mercator, qui de templo Dei ejicitur.

(g) Statuti patriæ.] Hæc verba expolui in cap. Ecclesia, de constit.

(h) Tuentur.] Resita contingebat in ditionibus Pontini, Montroliensisque Comitatus: mercatores multus, & singularibus quibusdam gaudebant ex loci statuto privilegio, ut & abundantius, & libentius eò genus omnè mercium, tum invehere, & undique illuc à mercatoribus conflueret; ita tamen ut mercatores vicissim certum quid in usum publicum, vel etiam Principis conferrent nomine vectigalis in invehendis, vel evehendis mercibus. Ponamus privilegium ex statuto fuisse mercatoribus concessum, ut si quid ipsi per illarum ditionum itinera fuisset graffatoribus ereptum, id ipsis depublico, vel per Principem pensaretur, ut soppo- nit Abbas antiquus in præsentis. Clerici ergo ipsius Comitatus licet inhiantes, mercaturæ vacabant, & si quid forte mercium per itinera publica amisissent, ex publico quidem repeterent, volentes uti privilegio mercatoribus omnibus concessio, sed vectigal constitutum solvere profus recusabant, eo quod clericis competere ecclesiastica immunitas, ex cap. non minus, cum vulgatis, de immunit. Eccles. Atque sic ex statuto laicorum commodum sentire volebant, incommo- dum vel onus ullum vectigalis memorati sentire nolebant; quâ de re conturbellus apud Summum Pontificem Comes ille Pontinus, præfens hoc impetravit rescriptum ad Episcopum Ambianensem, in cuius diocesi diuities Comitatus Pontini, Montroliensisque sitæ erant.

(i) Tertio communiti.] Consonat textus in cap. 2. in clericis, cap. perpendimus 23. cap. contingit 45. de sententi. excom. Quod trina denunciatio exigatur in hoc casu, & similibus, receptum est exemplo juris civilis, quo attento, quibus in D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III, Pars I.

causis denunciatio est necessaria, plerumque trina denunciatio exigitur; l. 2. ff. de pignorat. act. l. contumacia 53. ff. de re iudic. l. 8. §. 9. C. quomodo & quando; l. ult. C. Theodos. ad SC. Claud. anan. Novel. 147. §. penult. quare quæ trina vice fit denunciatio, legitima dicitur, & canonica, quasi ab utroque jure approbata in præsentis, & in cap. contingit, 45. de sententi. excom. Ut tamen ex negotiatione clericus gabellam solvat, non desideratur trina monitio, ut docuerunt Gregorius in l. 49. verbo Las Francias, in 6. partu. r. Flores de Mena lib. 2. variar. cap. 21. à num. 232. Gitonda de Gabellis 7 p. num. 10. Bobadilla polit. lib. 2. cap. 18. num. 124. Tapia 2. tom. caten. mor. art. 9. q. 16. non quia ita consuetudine obtentum est, ut existimavit Lassare, de decima vendit. cap. 19. num. 79. cum talis consuetudo in Ecclesiæ præjudicium admitti non possit, ex traditis à Gratiano discept. forens. cap. 94. Pater Suárez lib. 2. advers. Regem Angliæ, cap. 32. num. 2. Salas de legibus q. 96. tract. 14. disput. 12. sect. 12. sed potius quia in dicto capite quamquam, de censibus, & in Clementina præsentis, eod. titulo; nulla monitio desideratur, ut advertit Dominicus dicto cap. quamquam, num. 5. Nec contrarium probatur in hoc textu; nam in ejus specie non agitur solum de gabella ipsarummet rerum, quas clerici negotiatores distrahebant; sed contra personas eorum, qui ter monti ab Episcopo, non desistebant à negotiatione, ut ipsi privilegio clericali exuti, vectigalia, & alia tributa de omnibus rebus solvere cogentur, ut docuerunt Gregorius ubi supra. Molina de justitia 2. tom. disputat. 342. Gutierrez de gabellis q. 93. num. 13.

(k) Cuius facti.] Id est, ipso actu, vel ipso facto absque ulla sententia judicis. Plerumque enim in jure adicitur quibusdam actibus hæc clausula ad differentiam eorum; in quibus sententia judicis desideratur, ut in l. eius, ff. de jure fisci; quod loquendi genus etiam jure civili usitatum reperimus in l. penult. §. ult. ff. de ritu nupt. l. 1. C. ex quibus causis servit.

COMMENTARIUM.

Sicut clericus, qui habitu clericali relicto, assumptaque laicali veste, trina monitione præmissa, ipso facto fori privilegium amittit, cap. 2. ne clerici, vel mon. cap. perpendimus 23. cap. ad audientiam 25. cap. contingit 45. de sent. excom. cap. si iudex, eod. tit. in 6. cap. unico, de clericis comparatis, eodem libro; illustrant Saufay in Panopl. cleric. ad finem, Barbosa de jure eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. Suárez de censur. disput. 22. sect. 1. num. 10. ita clericus negotiationibus se immiscens, amittit privilegium, quo fruatur; ut non ligetur statuto laicorum, de quo in cap. Ecclesia, de constit. & privilegium immunitatis à tributis, & gabellis, cæterisque pensationibus, cap. non minus, cap. adversus, de immunit. eccles. cap. quamquam, de censibus, lib. 6. l. 7. tit. 18. lib. 9. recopit. Illustrant innumeri congesti à Vela tom. 2. dissert. 45. num. 53. Roussel lib. 4. hist. Pontific. jurisdict. cap. 3. num. 41. Carleval. de iudicis tit. 1. fol. 58. num. 159. qui exponunt casus, in quibus clerici propriè dicuntur negotiatores; & tunc captis pignoribus, posse per iudicem secularem cogi tributa solvere, probat cum aliis innumeris Parexa de instrum. edit. tom. 2. tit. 6.

Handwritten notes on the right margin, including 'E' and 'G' characters.



tit. 6. resol. 9. num. 77. Barbosa de potest. Episcopi alleg. 13. num. 10. Et pro ipsarum gabellarum solutione clericum coram iudice seculari posse conveniri, ex dictat. 7. ibi: *Como si fueran legos; tit. 12. lib. 9. recopil. resolunt Mexia in pragm. panis, concluf. 5. num. 23. & pluribus relatis Gironda de gabellis 7. p. in princip. num. 25. Boba-*

*dilla dist. lib. 2. cap. 18. num. 124. non quia eo casu iudex secularis jurisdictionem in clericum habeat, sed tantum ut pignoris capis ipsum ad gabellarum solutionem confringat, ut notaturunt Azevedus in l. 11. tit. 3. lib. 1. recopil. Lassare de decima vendit. cap. 19. Gutierrez de gabellis quest. 94.*

## TITULUS II.

### De cohabitatione Clericorum & Mulierum.

#### CAPVT I.

##### Ex Concilio (a) Nannetensi.

**I**nhibendum est, & modis omnibus interminandum est, ut nullus sacerdos eas personas foeminarum, sicut in canone (b) insertum continetur, de quibus suspicio esse potest, in domo sua retineat; sed neque illas, quas (c) canones concedunt, matrem, amitam, sororem, quia instigante diabolo etiam in illis scelus frequenter perpetratum repetitur, aut etiam in pedisequas (d) illarum. Sed si qua de his habuerit talem necessitatem patientem, cui sit necessitas sustentationis (e) presbyteri, habeat in vico, aut in villa domum longè à presbyteri conversatione, & ei ibi subministret quae necessaria sunt. Sed secundum auctoritatem canonum modis omnibus prohibendum est, ut nulla foemina ad altare accedere praesumat, aut presbytero ministrare, (f) aut intra (g) cancellos stare, aut sedere.

#### NOTÆ.

(a) **Nannetensi.** In sexta collectione legitur de Concilio Maguntino, sed malè, cum in nullo ex Conciliis Maguntinis hæc verba reperiantur. Licet sententia extet in Concilio Maguntino sub Arnulpho, cap. 10. his verbis: *Quamvis sacri canones quasdam personas foeminarum simul cum clericis in una domo habitare permittant, tamen quoad multam dolendam est, saepe audivimus per illam concessionem plurima scelera esse commissa, sicut quidam sacerdotum cum propriis sororibus concubentes, filios ex eis generassent; Et idcirco constituit hæc sancta Synodus, ut nullus presbyter ullam foeminam secum in domo propria permittat, quatenus occasio male suspitionis, vel facti iniqui penitus auferatur.* Cujacius in præfenti existimat depravatam esse hanc inscriptionem, & legendum esse ex Concilio Africano; quia licet in nullo ex Conciliis Africanis extet præfentia verba, tamen cum plura Concilia Africana perissent, credit Cujacius in aliquo ex eis præfentem canonem editum fuisse. Sed cum tam in prima collectione sub hæc tit. cap. 1. quam apud Burchardum lib. 2. Decreti; cap. 106. Ivonem p. 6. Decret. cap. 192. legatur ex Concilio Nannetensi, & in ipso Concilio can. 3. repetatur textus hic prout extat in hac, & in aliis collectionibus, dubitari non potest transcriptum fuisse ex Concilio Nannetensi temporibus Formosi Pontificis celebrato, cujus canones repetuntur tom. 14. Conciliorum, & apud Corjolanum in summa Concil. fol. 856.

(b) **Canone.** Tertio videlicet Concilii Nicæni, cujus verba referunt Burchardus lib. 2. Decreti, cap. 109. Ivo Carnot. p. 3. Decreti, tit. 8. cap. 29. Anselmus lib. 7. cap. 33. Gratianus in cap. interdixit 16. 32. dist. Martinus Brachar. in can. 32. sua collect. Iulianus in Novel. 123.

(c) **Canonis.** Illi videlicet, qui permittunt clericis secum habere matrem, sororem, amitam, vel materteram, cap. interdixit, 32. dist. cap. volumus, cap. cum omnibus 31. dist. Concilium Arelat. 2. can. 3. ibi: *Si quis de clericis à gradu Diaconatus in solatio suo mulierem præter aviam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conversam secum uxorem habere præsumpserit, à communione alienus habeatur.* Arvernenle can. 15. ubi de Episcopis, Presbyteris, & aliis clericis ita caveatur: *Expulsi sunt ab his extranearum mulierum culpanda libertas, & tantum cum avia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas compulerit, habent, de quibus priorum canonum series continet, nefas est aliud quam natura constituit, suscipi.* Turon. 2. can. 1. *Nullus clericorum Episcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, quasi sanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam pro consoriatione rerum in domo sua stabilire praesumat, quæ & ipsa extranea est, dum non est mater, aut soror, aut filia.* Rhe-menle can. 22. *A sacerdotibus omni suspicio mulierum suaditus eradicitur, cum quibus etiam nulla habitatio eis concedatur, præter illam, quæ in Nicæna Synodo permittitur, id est, matrem, aut sororem, vel eas tantum personas, à quibus omnes suspiciones effugiant.* Ad quos canones, & alios similes